



I

9769





T. I.
6946











ORVS
APOLLO MILITARI
de Hieroglyphis
L. 697. G.



220
N. 104456



BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
PAULINAE
1697

...ple medic...





PLVTARCHI
COMMENTA-
RIVS STOICORVM
CONTRARIO-
RVM,

Ed. Henrysone Iureconsulto
interprete,

AD


*Franciscum Duarenum Iureconsulto-
rum atate sua principem.*



LVGDVNI,

*Apud Gulielmum Rouillium, sub
scuto Veneto.*

1555.




W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

SD 2853 I

SD 2854 I

SD 2855 I

SD 2856 I



924.125

N. 294 456



Dar Kuratorj. Okr. Szk. Pozn.
Z księgozb. Ginn. im. M. Magd.
w Poznaniu. 1930.

PLVTARCHI
COMMENTA-
RIVS STOICORVM
CONTRARIO-
RVM,

Ed. Henrysone Iureconsulto
interprete,

A D

*Franciscum Duarenum Iureconsulto-
rum atate sua principem.*

I
N
V
I
R
T
V
T
E



E
T
F
O
R
T
V
N
A

LUGDVNI,

*Apud Gulielmum Rouillium, sub
Scuto Veneto.*

1555.

924173

S. D. 2854. I

N. 295

2688

FRANCISCO DVA-
reno Iureconsulto.

IAni bifrontis Phœbo referente Calendas,
Solennem mitto gratans, Duarene salutem,
Cum strenua tenui, quæ te, diuine magister,
Prosequor, vt lymphæ Regem volæ rustica ma-
gnum.

Nec magè te docet hæc interpretæ pagina, talem,
Qualis spado Arelas, inimicus & induperâtis,
Phauorinus erat Gallorum gloria Græia:
Quàm mola salsa Deos alit, aut libamina fusa
Humectant, hominum superos mera signa co-
lentum.

Nec tu sola tenes vulgaria iura citator;
Sed veram Sophiam percalle, artibus illis
Instructus, quibus humana & diuina sciuntur.
Sic tibi Græiorum sapientum dogmata nota
Iure fero, tetrici studij solatia grata.
Antinomus ergo Paulos & Papinianos
Componis scitè. Nunc quàm contraria dicent
Zeno prima Stoæ, et Chrysippus summa colūna,
Accipe: quæ cerebro Plutarchus putidiore
Lectæ sibi aduersis opponit frontibus acer.
Gallorum Franciscæ decus Duarene valeto.

Hæc Scotus Henry non lignæi carmine pingui.





STOICORVM
CONTRARIO-
RVM COMMEN-
TARIVS.



HOC PRIMVM
omnium postulo, vt pla-
citorum consensio in vita
actionibus conspiciatur.

Neque enim tam conue-
nit Oratorem (vt ait Aeschines) ac legem
idem sonare, quam Philosophi vitam & di-
sputationem consentire. Nam disputatio
Philosophi est priuilegium sua sibi volunta-
te irrogatum. Siquidem, vt se res habet, ita
quoque existimant, Philosophiam esse non
ludicram rem, aut verborum opificem, glo-
ria seruientem, sed negotium maximo stu-

A 2

Philosophia
de seruo

dio dignum. Quum itaque multa, vt in
 disputationibus, mera verba ipsi Zenoni,
 multa etiam Cleanthi, plurima sanè Chry-
 sippo scripta sint de Republica, de paren-
 do, imperando, iudicando, dicendo: in nullius
 verò ipsorum vita reperiri possit exercitus
 ductatio, legislatio, aditus in curiam, aduo-
 catio, militia pro patria, legatio, largitio,
 sed contrà peregrè otio, tanquam loto, gu-
 stato, vitam, & eam non breuem, sed lon-
 gissimam sermonibus, libris, deambulatio-
 nibus dediti transfegerint, non est obscu-
 rum, quin aliorum magis scriptis atque di-
 ctis, quàm suo sensu iudicioque, ducti vixe-
 rint, vt qui in ea, quam epicurus & Hiero-
 nymus laudant, quiete toti consenuerint.
 Nam ipse etiam Chrysippus in libro quar-
 to de vitis, nihil putat otiosam vitam à vo-
 luptaria differre. Verùm ipsa eius verba
 adscribam. Qui putant otiosam vitam Phi-
 losophis maximè cōuenire, ij mihi à princi-
 pio videntur errare. Nam arbitrantur de-
 lecta

» leſtationis, aut huiusmodi alicuius rei gra-
 » tia philoſophandum eſſe, vitamque ſic, hoc
 » eſt, ſi verè res perpendatur, ſuauius tradu-
 » cendam. Neque enim ignorare nos oportet
 hanc eorum de philoſophia opinionem, quam
 multi aperte dicunt, non pauci verò obſcu-
 rius ſignificant. Ecquis igitur verius in
 iſt hac otioſa vita cōſenuit, quàm Chryſip-
 pus, Cleāthes, Diogenes, Zeno, Antipater?
 qui patriam quoque ſuam non alia de cauſa
 dereliquerunt, quàm vt in ſuauiore vita et
 balteo otioſi ſermonibus vacarent. Ariſto-
 creon itaque Chryſippi diſcipulus ac fami-
 liaris, quam poſuit, ſtatuae hoc elegium in-
 ſcripſit:

*Hic Academiae nodorum eſt certa ſecuris
 Chryſippus iuuenis. Stitit Ariſtocreon.*

Hac igitur ſecuris eſt non iuuenis mo-
 dō Chryſippus, ſed etiam ille ſenex, ille, qui
 regiae politicaeque vitae laudator otioſam
 nihil à voluptaria differre putat. Qui ve-
 rō ex eis ad Rempub. accedunt, magis etiam

decretis suis repugnant. Nam magistratus, iudicis, senatoris, legislatoris, munere funguntur: supplicio, praemio afficiunt, quasi ciuitates essent, quibus praesunt, quasi senatores ac iudices essent, qui dignitates eas sortiuntur, quasi imperatores, qui suffragiis sublatarum manuum ductandis exercitibus creantur, quasi denique leges essent eae, quas Clisthenes, Lycurgus, Solon tulerunt, cum malos eos, & stultos fuisse dicant. Quare etiam cum Remp. capessunt, ipsi se resellunt.

SED ET Antipater in libro de Cleanthis & Chryssippi dissensione memoriae prodidit, Zenonem & Cleanthem ciuitate ab Atheniensibus donari noluisse, ne suam patriam sic offendere viderentur. Quod haec quidem eorum recusatio, si fuit honesta, turpem fuisse conuincat Chryssippi acceptionem, qui in eam ciuitatem adscribi voluit, nunc non disputabo. Illud certe magnam & absurdam repugnantiam continet,

coninet, quod nomina sola patriis suis ser-
uabant, cum corpora, & vitæ actiones, fru-
ctusque in tam longinquam peregrinitatem
transtulissent. Quod perinde est, ac si quis,
vixore dimissa, cum alia viueret, cubita-
ret, liberos ex ea susciperet, nollet tamen
cum ipsa instrumenta nuptialia conficere,
ne priorem iniuria videatur afficere.

R V R S V S Chrysippus, in libro de
rhetorica scribens, Sapientem sic causas
oraturum, magistratus gesturum, tãquam
diuitiæ, gloria, sanitas sint res bonæ, consi-
tetur disputationes suas domi nos cõtinerere,
à rep. auocare, vtilitatibus ac actionibus vi-
tæ decreta sua non conuenire.

P R A E T E R E A Zenonis decretũ
est, Templã edificanda non esse. Templum
enim, si vile est, nec sanctum est. Atqui fa-
brilium & mechanicorum operum nullum
magno aestimandum, sed omne vile iudican-
dum est. Verũ qui decretum istud, vt re-
ctum, laudant, iidem in templis initiantur,

arcem ascendunt, supplicat statuis, templa coronant: cùm sint tamen ista fabrorum & mechanicorum hominum opera. Itáne verò Stoici putant Epicureorum inconstantiam redargui, quòd Diis operantur, cùm clarius ipsi se refutent, in aris ac templis sacrificantes, quæ nec esse, nec ædificari debere contendunt.

ZENO PLVRES & differentes inter se virtutes facit, Platonis more, vt prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam, quasi sint indiuiduæ quidem, sed tamen vt aliæ atque aliæ inter se discrepent. Rursum singulas definiens, fortitudinem dicit, prudentiam esse in rebus gerendis atque efficiendis, iustitiam verò, prudentiam esse in rebus distribuendis versantem: ac si virtus quidem sit vna, sed pro rerum habitu ac qualitate in actionibus differre videatur. Neque verò Zeno solus in istis sibi contrarius esse apparet, sed etiam Chrysippus secum ipse pugnat: quippè qui Aristonem quidem

quidem reprehendat, dicentem vnius virtutis reliquas esse habitus, Zenoni verò patrocinetur, quomodo dixi, singulas virtutes definienti.

CLEANTHES autem in commentariis rerum naturalium dixit tonum esse ignis ictum: ac si tantus in animo fiat, vt exequendis officiis sufficiat, vim ac robur appellari: deinde hæc ipsa verba subiicit:

» Hæc vis, hoc robur, quando in obiectis re-

» bus perseueranter tuendis existit, constan-

» tia est: quando in tolerandis cernitur, for-

» titudo est: circa dignitates verò, iustitia:

» circa appetitiones, ac declinationes, tem-

» perantia seu modestia est.

ZENO ei, qui dixerat,

Iudicium expedias neutri, ni dicat vterque, huiusmodi ratione contradicebat: Sive probauit, qui prior dixit, non est audiendus posterior: quippè finem habet quæstio: sive non probauit, nec hoc casu alter est audiendus. Nanque perinde se res habet, ac si cita-

tus prior non audiisset, aut exaudita citatione non dixisset, sed cantillasset. Ergo siue probauit prior, siue id minus, posterioris oratio non est audienda. Verum is qui hac interrogatiuncula est argutus, posteriorem se audiendum putauit, cum aduersus Platonis de Repub. libros scripsit, cumque sophismata soluit, ac proinde discipulos iussit dialecticam assumere, vt pote ad dissoluendas captiones valentem. Atqui siue Plato demonstrauit, siue non demonstrauit ea, quae in libris de Repub. tradidit, neutro sanè pacto non modò necesse non fuit Zenonem, velut posteriorem dicturum, contra ea scribere, sed etiam superuacaneum prorsus ac inane. Hoc idem de Sophismatum solutione licet dicere.

CHRYSIPPVS putat, iuuenes audire debere primùm Logica, deinde Moralia, postea Physica: his autē consequenter disputationem de Diis vltimam assumere.

Hæc

Hæc quamuis multis in locis ab eo dicantur, satis tamen erit apposuisse, quæ quarto de vitis libro his verbis scripta reliquit:

” Primum itaque mihi videtur, quomodo veteres rectè dixerunt, tria esse præceptorum genera, quæ ad Philosophum pertineant, Logica, Moralia, Naturalia. Deinde ex his primo loco poni oportet Logica. secundo Moralia, tercio Naturalia. Naturalium verò ille de Diis tractatus ultimus instituat oportet: unde τελετὰς etiam appellarunt huiusmodi traditiones. Verùm hanc de Diis partem, quam ait ultimam poni oportere, illic præponit, ac ante omnes morales quæstiones exponit. Neque enim de finibus, neque de iustitia, neque de bonis malisque rebus, neque de nuptiis, liberorumque educatione, neque de lege Ræque publica, verbum vllum facit, nisi quatenus ij, qui scita in vrbibus rogant, præscribunt Bonam fortunam, eatenus ipse quoque præscribit Iouem, Fatum, Providentiam, Mundum

dum hunc vnum & finitum vna vi contine-
 ri. Quorum nihil, nisi medijs de natura di-
 sputationibus permisto, altéque temperato
 persuaderi potest. Sed audi, quaeso, quæ de
 his in tertio de Dijs libro dicit: Aliud enim
 principium, aliúsve ortus iustitiæ nullus
 reperiri poterit, quàm is, qui à Ioue natu-
 ráque communi ducatur. Hinc nanque oportet
 omne, quod huiusmodi est, originẽ suam
 trahere, si quicquam modò de bonis malisq;
 rebus dicturi sumus. Rursus in naturali-
 bus positionibus: Aliunde enim, aut certè à
 commodiore principio accedi non potest ad
 disputationem de bonis & malis rebus, de
 virtutibus, de felicitate, quàm si à commu-
 ni natura, atque à mundi gubernatione pro-
 ficiscatur oratio. Et infrà: Oportet siqui-
 dem his connectere disputationem de bonis
 & malis rebus, cum non sit aliud earum
 conuenientius initium, vnde aptentur, quò-
 ve referantur: nec scientia naturalis alia de
 causa debeat addisci, quàm vt, quomodo
 distent

„ distent à malis bona, cognoscamus. Sic
 Chrysippo simul ante, & post moralia na-
 turalis disciplina ponitur. Quinimo prorsus
 implicita est ordinis inuersio ac confusio,
 si post hæc est illa statuenda, sine qua nihil
 eorum comprehendi potest: manifesta quæ
 est secum digladiantis hominis pugna, qui
 ponit naturalem scientiã principium illius,
 quæ est de bonis & malis, rursus verò iubet
 eam non post, sed ante illam tradi. Quod si
 quis dixerit, Chrysippum in commentario
 de rationis usu scripsisse, quòd non sit o-
 mnino abstinendũ à reliquis ei, qui logicam
 primo loco addiscit, sed & ex illis, quantum
 res fert, assumendum: vera quidem is dicet,
 sed eadem oratione nostram confirmabit
 reprehensionẽ. Nam secum pugnat Chry-
 sippus, alibi iubens disputationẽ de Deo as-
 sumere vltimã, seu τελευταιον, vt quæ pro-
 pterea τελευτη nominetur: rursus alibi di-
 cens, eandem simul cum primis assumendam.
 Hoc nanque modo perit ordo, si omnia in
 omnibus

omnibus locis sunt inculcanda, si in singula ex cæteris omnibus aliquid hauriendū. Amò, quod maiorē repugnantiã habet, dicā. Cūm disputationis de bonis ac malis instituendæ exordiū fecisset illam de Diis quæstionem, non iubet, vt ab hac de Dijs incipientes, illā de moribus aggrediamur: sed hanc aggredientes, illam de Dijs, prout res postulabit, adhibeamus: deinde ab illa de moribus ad hanc de Dijs transitum faciamus: sine qua tamen negat vllum ad illam principium, aut adiumentum suppetere.

ILLAM in vtrāq; partem differendi rationem negat se quidem in totum reicere, verūm ea cautē vtendum esse monet, scilicet vt, quomodo in iudiciis fieri solet, sic in disputationibus nō defendamus, sed dissoluamus contrariorū probabilitatem. Nam qui cæ assensus retentionem in omnibus probant, cæ eos par esse ait hoc facere, cūm ipsorum instituto conueniat & conducat. Illis sanè, qui cæ sciētiam, qua constāter viuamus docere atq; cæ indere

» indere volunt, conuenit cōtraria suis separa
 » tē ordinibus disponere, eōsq; qui introducun
 » tur, certa via ac limite à principio ad finem
 » vsq; dirigere, ita vt, vbi res postulat, etiam
 » cōtrariorum argumentorū fieri mētionem,
 » ibi sanē fiat, sed cum probabilitatis ipsorum
 » dissolutione, quomodo in iudiciis fieri solet.

Hæc enim sūt ipsa Chrysippi verba. Quòd
 itaque sit absurdū, Philosophos contrarias
 disputationes exercere debere, non cum
 assertionē, sed causidicorum more, cum ve-
 xatione damnōque veritatis, quasi non veri-
 tatis inueniēdæ, sed victoriæ pariendæ cau-
 sa contendere debeant, dictū est alibi contra
 Chrysippum. Quòd verò ipse non in pau-
 cis, sed in plerisque locis contrarias iis, quas
 approbat, disputationes tã validè, studiosè,
 ambitiosèq; confecerit, vt nō sit cuiusuis ho-
 minis assequi, quid ipsi probetur, ipsi certè
 Stoici dicunt, admirantes vim viri, putātēsq;
 Carneadē nihil, quod suū sit, dicere, sed ex
 iis, quibus quid in cōtrariā partē dici posset,
 Chrysip

Chrysippus tentauit, ex iisdem, inquam,
principiis profectum dissertationes ipsius
inuadere, sæpèque interea citare,

Δαιμόνιε φθίσει σε τὸ σὸυ μένος.

Conficiet diuine tuum te robur.

Quippe qui magna præbeat argumenta
cōtra se se iis, qui placita conuellere, ac dissi-
cere uelint. De eis uerò, quæ contra cōsuetu-
dinem edidit, ita se iactitant, ac magnificè
loquuntur, ut ne, si omnes quidem omnium
Academicorum libri congerantur eòdem,
dignos esse dicāt, qui cum disputatis Chry-
sippo contra sensus conferantur. Hoc cum
dicunt, suam imperitiā, aut sui amorem pro-
dunt. Illud certè uerū est, quòd, cum uoluis-
set rursus consuetudini, & sensibus patro-
cinari, se ipso fuit inferior, scriptumque
scripto infirmius edidit: adeò ut ipse secum
pugnaret, semper quidem iubens opponere
contraria, non cum defensione, sed cum de-
monstratione quòd sint falsa: ipse tamen se
grauiorem præbens suorum decretorum
refuta

refutatorem, quàm defensore[m]. Item alios quidem monens, vt contrariam disputati-
onem vitent, quippe quæ comprehensionem reuellat, ipse verò studiosius eam tollentia,
quàm confirmantia colligens. Atque quod hoc ipsum reformidet, aperte satis ipse de-
clarat libro quarto de vitis, cum ita scribit:

” Nequaquam temerè, & quomodolibet con-
” traria disputatio proponenda est, aut ad
” contraria probabilia respondendum, sed
” cautè, ne ab iis ablati comprehensiones di-
” mittant, eò quòd neque satis intelligere,
” possint eorum solutiones, neque ita cõpre-
” hendant, quin ipsis comprehensa facilè pos-
” sint excuti. Nam illi etiam, qui ex con-
” suetudine comprehendunt, & sensa, & re-
” liqua ex sensibus orta, tum Megaricis, tum
” compluribus aliis validioribus interroga-
” tionibus circumacti facilè produnt. Liben-
” ter itaque Stoicos percontarer, vtrùm Me-
” garicas interrogationes validiores putent
” illis, quæ sunt à Chrysippo contra consue-

*tudinem sex libris conscriptæ. An verò
 isthuc ex ipso Chrysippo exquirere oportet? Attende siquidem, quid de Megarica
 ratione scribat in libro de rationis usu ad
 hunc modum: Quale quiddam euenit in
 Stilponis, ac Menedemiratiocinandi modo.
 Nam, quamuis fuerant ij viri sapientia
 clari, nunc tamen argumentandi ratio, quæ
 utebantur, in ipsorum ignominiam conuer-
 sa est, vt negotium hominum partim cras-
 sius, partim aperte captionibus utentium.
 Has quidem, optime vir, conclusiones, quas
 derides, vocasque probra eas proponen-
 tium, vt quæ manifestum vitium aut ma-
 litiam in se habeant, nihilominus times,
 ne aliquos à comprehensione abducant.
 At verò tot libris à te ipso contra consue-
 tudinem scriptis, quibus addidisti, quic-
 quid post inueneras ipsum Arcesilaum
 superare contendens, existimasti te le-
 ctorum neminem conturbaturum? Ne-
 que enim Chrysippus nudis modò epiche-
 remati*

rematibus contra consuetudinis autorita-
 tem vitur: sed, vt in causa forensi, com-
 motis affectibus, ipse quoque commotus,
 eam sepe dicit stulta, ac vana loqui. Ne
 vllam itaque sibi reliquam defensionem
 faceret, qua neget se sibi contraria dice-
 re, in Naturalibus positionibus hæc scri-
 psit: Licebit verò etiam comprehendend-
 tem aliquid in contrariam partem dispu-
 tare, ac quæ rei inest, defensionem ad-
 hibere: nonnunquam verò, quamuis neu-
 trum comprehendat, ad vtrunque tamen,
 quæ suppetunt differere. Porrò cùm in
 libro de rationis vsu dixisset, non oportere
 rationis vi ac facultate in rebus non conue-
 niētibus abuti, quomodo nec armis, hæc sub-
 iecit: Nanque ea oportet vti ad inuentionē
 veri, ac verisimilium, quæ sunt vero cogna-
 ta: minimè autem ad contrariorum excogi-
 tationem, quamuis multi hoc faciant. Mul-
 tos nimirum appellat, eos qui assensum in-
 hibent. Atqui illi quidem neutrum con-

trariorum comprehendentes ad vtrunque disputant, quasi hoc vno, aut potissimo modo, siquidem est aliquid comprehensibile, veritate sui comprehensionem praebente. Tu verò Chrysippe, qui illos accusas, ostendis te in rebus inutilibus ac obfuturis ratiocinandi facultate abutentem ex ambitiosa contentione iuueniliter lasciuire, & cum contraria scribis, eis quae de consuetudine comprehendis, & cum alios hoc cum defensione facere communes.

AIVNT Stoici, perfectum quod est, officium esse legis iussum: delictum verò legis prohibitionē. Quare legem multa malis interdiceret, nihil verò faciendum imperare. Neque enim possunt rectè facere. Atqui quis nescit fieri non posse, quin peccet is, qui rectè facere nequit? Sic efficiunt, vt lex ipsa secum pugnet, imperans ea, quae homines facere non possunt, contraque vetans, à quibus sibi temperare nequeunt. Nam qui non potest temperatè viuere, viuat

uat intemperanter oportet: quique sapere nequit, desipiat necesse est. Quid quòd ipsimet dicunt, eos qui vetant, aliud dicere, aliud vetare, aliud imperare? Quippe qui dicit, ne fureris, hoc ipsum dicit, ne fureris: vetat verò furari. Nihil itaque malis lex interdicit: alioquin imperabit aliquid. Ac Medicum dicunt imperare discipulo, vt scet, ac vrat, omiſſis aduerbiis, opportunè, ac mediocriter. Item Musicum iubere discipulo, vt lyram pulset, & canat, citra illas adiectiones, scitè & consonè. Quare plectunt eos, qui hæc iussa inscitè & prauè obeunt. Nam vt rectè fierent, imperata sunt: isti verò non rectè sunt exequuti. Itaque & sapiens cum seruum iubeat aliquid dicere, facerè ve, eumque deinde, quòd non opportunè atque decenter imperium fecerit, puniat: certum est, quòd tale officium imperarit, quod medium non sit, sed perfectum. Quòd si magnum quid sapientes imperant vitiosis, quid vetat legis imperia

talia esse? Quid quòd autore quidem Chrysippo appetitio sit hominis ratio, ipsi, vt aliquid faciat imperans, quomodo in libro de lege scripsit. Sequitur itaque auersionem esse rationem vetantem, & declinationem esse cautam declinationem. Quapropter & cautio est ratio vetans sapientem, cum ea sit non stultorum, sed sapientum propria. Quòd si igitur aliud quiddam est sapientis ratio, aliud ipsa lex, fiet, vt sapientes habeant rationem, quæ est cautio, legi contrariam. Sin nihil aliud est lex, quàm sapientis ratio, reperimus legem vetantem sapientes facere, quæ cauent.

Ait Chrysippus nihil esse stultis vtile, stultorum neminem vsum habere, aut indigere. Postquàm hæc dixit in officiorum rectorum primo, rursus ait, & commoditatem, & gratiam ad media officia pertinere, quorum nihil, ipsorum sententia, sit vtile. Sed nec natura accommo-

datum,

ss datum, nec conueniens quicquam stulto
ss esse his verbis ait: Per se verò, & spon-
ss te sua, nec virtute ornato alienum quic-
ss quam, nec ea vacuo quicquam conueniens
ss est: quandoquidem hoc bonum est, illud
ss malum. Quis fit ergo, quòd hæc, quæ
etiam moralis Philosophi propria sunt, in
omnibus naturalis scientiæ libris ad fasti-
dium vsque repetit, quòd statim ab ortu
nobis ipsis partibusque ac natis nostris
conciliamur? Sed & in libro primo de
iustitia, feras, ait, piscibus exceptis, fæ-
tibus suis conuenienter pro ipsorum indi-
gentia conciliatas esse. Nam fætus ipsi
à parentibus nutriuntur. Verùm nec
sensus est eis, quibus nullum est sensile:
nec conciliatio, quibus nihil est accommo-
datum natura. Nam conciliatio videtur
esse sensus, & apprehensio eius rei, quæ
natura sit accommodata. Atque hoc de-
cretum omnium præcipuis consentaneum
est.

Item Chrysippus satis ostendit, se huic decreto accedere, licet multa contra id scriptis. Neque vitium vitio, aut peccatum peccato maius esse, neque virtutē virtute, aut re-
 ctum officium aliud alio praestantius: quomodo sanē scribit in tertio de natura: Ut
 Ioui conuenit de se, vitāque sua gloriari,
 magnificē sentire, ac, si licet ita loqui,
 ceruicem erigere, capillum nutrire, magna
 verba iactare, cum dignam iactatione vi-
 tam vixerit: sic omnibus bonis haec eadem
 conueniunt, ut pote qui nulla in re à Ioue
 superentur. Verum ipse rursus in tertio
 de iustitia scribit, eos iustitiam tollere,
 qui voluptatem statuunt finem: qui verò
 eam bonum modò dicunt esse, non item.
 Sic se verba habent: Fieri siquidem potest,
 ut quāuis voluptati tribuamus, ut bonum,
 non etiam finis sit, cum ex rebus propter
 se expetendis sit etiam honestum, seruemus
 nihilominus iustitiam scilicet, ut definiamus
 honestum, & iustitiam esse maius bonum
 voluptate.

voluptate. Quòd si quod honestum est, id solum bonum est, peccat quidem certè, qui voluptatem dicit esse bonum: verùm minùs eo peccat, qui eãdem bonorum finem constituit. Hic siquidem tollit è medio iustitiam, ille seruat hic communionem societatemque vitæ, vt rem cassam, exterminat, ille verò probitati ac humanitati locum relinquit. Præterea vt illa in libro de Ioue dicta, Virtutes augeri, & transire, prætermittam, ne verba videar reprehendere, tametsi in hoc genere, & Platonem, & reliquos Chrysippus acerbè mordeat: sanè cùm vetat nos omne omninò cum virtute factum laudare, aliquam officiorum inter ipsa differentiam indicat, vt cùm in libro de Ioue

» sic differit: Quæ nanque cum virtute
 » fiunt, ea sunt hominum naturæ amica. Ho-
 » rum etiam sunt, quædam producta, cu-
 » iusmodi, exempli gratia referantur, digi-
 » tum fortiter extendissè continentur ab-

stinuisse capulari vetula, citra errorem
 intellexisse, tria non esse quatuor plenè. Ta-
 lium profectò rerum nomine, qui aliquem
 laudare instituit, frigeat necesse est. Ho-
 rum porrò similia sunt illa, quæ in ter-
 tio de Dijs commentario dicta sunt: Nam
 arbitror etiam laudes alienas fore digni-
 tate, ac natura rerum huiusmodi, quæ à
 virtute tamen proficiscuntur, puta quòd
 aliquis abstinuit anu moribunda, quòd
 muscæ morsum tolerauit. Ecquem ergo
 alium expectat iste decretorum suorum
 reprehensorem? Nam si talium rerum
 laudator friget, multò certè magis fri-
 get, qui harum singulas posuerit rectum
 officium & magnum & maximum.
 Nam si paria sunt hæc, fortiter facere,
 & muscæ morsum perferre: temperanter
 viuere, & anu abstinere: nihil arbitror
 interesse, hæccine propter, an illa, studio-
 sum virum laudemus. Item secundo de
 amicitia libro, docens non oportere ob quæ-
 libet

libet peccata dissoluere amicitiam, his
» verbis utitur: Nam conuenit ad quæ-
» dam prorsus conuiuere, quibusdam pa-
» rum, quibusdam etiam magis attendere:
» quædam verò prorsus amicitie dissolu-
» tione dignari. Sed & quòd maius est,
eodem libro dicit, debere nos cum qui-
busdam maiorem, cum quibusdam mino-
rem amicitiam contrahere, ut nobis alij
sint alij amiciores. Verùm enim uerò
longius huiusmodi varietate procedente,
siquidem hi tali, illi tanta amicitia, rur-
sus alij tantillo fidei & similium digni
iudicabuntur, quid aliud hinc Chrysippus
effecit, quàm ut istarum etiam rerum ma-
gnas differentias relinqueret? Quinetiam
in commentario de honesto, ut probet
solum bonum esse, quod honestum sit,
huiusmodi conclusionibus utitur: Quod
bonum est, id legendum est: quod ta-
le est, id placet. Quod verò placet, est
laudabile: hoc autem honestum est. Item
hoc

hoc modo : Quod bonum est, id gaudium affert. Quod gaudium affert, magnificum est: hoc verò est honestum. Sed hæ rationes pugnant cum illa. Siue enim omne bonum est laudabile, etiam illud à vetula sibi temperare, esset laudabile: siue non omne bonum est magnificum ac gaudio dignum, $\delta\iota\chi\epsilon\tau\alpha\iota$ conclusio. Sedenim fieri potest, vt frigidum sit ac ineptum, ob res huiusmodi laudare alios: ipse tamen Chrysippus ridiculus non sit, si de talibus rebus gaudeat ac gloriatur. Ac cùm in multis quidem talis disputator est, tum verò in contradictionibus aliorumque refutationibus ne sibi contrarius sit, minimum laborat.

NAM IN commentariis de exhortando, cùm reprehendit Platonem dicentem non esse vitam vitalem ei, qui neque ab alio didicit, neque ipse scit viuere, his ipsis verbis vtitur: Talis enim oratio & ipsa secum pugnat, & minimè omnium est adhortatoria. Primum enim cùm ostendit nobis optimum

„ *timum esse non viuere, censetque quodam-*
 „ *modo moriendum esse, ad alia potius nos*
 „ *adhortabitur, quàm ad philosophandum.*
 „ *Neque enim philosophari potest mortuus:*
 „ *sed nec is sapiens euadet, qui diuturnam*
 „ *quidem, sed malignam & imperitam vitam*
 „ *produxerit. Et infra: Etiam malis con-*
 „ *uenit in vita manere. Deinde hæc ipsa ver-*
 „ *ba scribit: Primùm enim virtus nuda nihil*
 „ *affert, quare viuere velimus. Eodem mo-*
 „ *do nec vitium tantum momenti habet, vt*
 „ *propter id vita cedere debeamus. Hic cer-*
 „ *tè non est necesse nobis alios libros euolue-*
 „ *re, vt ostendamus Chrysippum sibi repu-*
 „ *gnare, cum in his ipsis commentariis mo-*
 „ *dò illud Antisthenis cum laude proferat,*
 „ *Oportere nos aut mentem, aut restim com-*
 „ *parare. Item illud Tyrtæi,*

Mentis, quàm mortis, meta tenenda prior.

Verùm quid aliud hæc sibi volunt, quàm
 mortem vita conducibiliorem malis ac stul-
 tis

*tis esse? Modò illud Theognidis corrigens
dicat, non oportuisse Theognidem scribere,
Pauperiem fuge,*

Sed multò potius ita,

*Sic vitium fuge, Cyrne, vt tu vel in æquora vasta,
Rupéque de aëria præcipitare velis.*

Quid ergo aliud facit Chrypsippus, quàm vt quas res ac sententias ipsemet approbet, ac scribat, easdem ab aliis scriptas expungat ac deleat? Nam & Platonem reprehendit, quòd ostendat conducibilius esse omninò non viuere, quàm malè, & stultè viuere, & contrà Theognidi consulit, vt vitandi vitij ergò de saxo se præcipitet, & in mare abiiciat. Sic quamuis Antisthenem laudet, quòd stultos ad laqueum compellit, illum tamen reprehendit, qui dixit tanti non esse vitium, vt propter id vita sit excedendum.

In illis verò, quæ contra Platonē ipsum de iniustitia scripsit, statim à principio inuadit illam de Diis disputationem, dicitque nec Cephalum rectè nos ab iniuria Deo-

rum

rum metu auertere, confutatúque facilem esse ipsam de vindicta diuina disputationem, ac multas in contrariam partem distrahentes probabilitates ex se proferre, ut quæ nihil differat ab Acco, & Alphito, quarum terrore pueros prauo otio mulieres arcere solent. Postquam Platonem sic derisit, alibi rursus laudat, sæpèque citat illa Euripidis:

*Sed est Iuppiter, sùntque Dij mortalium
Mala aspecturi, si quis hæc dicta ridet.*

Quomodo etiam Hesiodia illa protulit in primo de iustitia:

*Iuppiter hisce malū de cælo immiserat ingēs,
Atq; famē, atq; simul pestē, populos populātes.*

Hæc ait Deos idè facere, quò malorum supplicio deterriti probi minùs tentent improborum facta imitari.

ITEM IN commentariis de iustitia, cū hoc præmisisset, Quòd ij, qui voluptatē ponunt bonum esse, non etiam finem. possunt etiam iustitiam tueri: hoc, inquam, cū possisset, illa ipsa verba subiunxit: Fortassis
enim

enim quamuis voluptas bonum, non etiam
finis, ponatur: cum ex rebus propter se ex-
petendis sit etiam honestum, tueri poterimus
iustitiam, modò quod honestum, & iustum
est, id voluptate maius bonum esse definiamus.
Atque haec quidem in illis de iustitia
commentariis de voluptate scriptis. In aliis
verò contra Platonem, cum eum reprehendit,
quòd videatur sanitate dicere bonum, ait nos
non solum iustitiam, verum etiam animi
magnitudinem tollere, & temperantiam,
reliquasque omnes virtutes, si voluptatem,
aut sanitate, aut quicquam aliud eorum,
quae honesta non sunt, bonum ponamus.
Quae itaque pro Platone contra Chrysippum
dici debeant, alibi scripta sunt. Verum hoc
loco manifesta est repugnantia, cum nunc
dicit iustitiam seruari, si ponatur cum honestate
etiam voluptatem esse bonum: rursus eos omnes
sublate virtutis accusat, qui aliud quicquam,
quam quod honestum sit, bonum esse

esse statuunt. Ac ne vllam suæ sibi repu-
gnantiæ iustam depulsionem relinquat, vbi
aduersus Aristotelem de iustitia scribit,
negat cum rectè dicere, quòd tollitur iu-
stitia, & cum ea reliquæ virtutes omnes,
si voluptas statuatur finis. Nam Chry-
sippus ait, iustitiam ab ipsis reuera tolli,
reliquas tamen virtutes posse saluas re-
stare, ita quidem vt quamuis per se non
fuerint expetendæ, bona nihilominus, &
virtutes sint futuræ. Deinde vnamquam-
que suo nomine appellat. Sed eius verba
 ” præstat ascribere: Nam per huiusmodi
 ” rationem, vt appareat voluptas esse finis,
 ” non tamen, mea sententia, totum hoc genus
 ” reliquarum virtutum sublata iustitiæ in-
 ” cludetur. Quare dicendum est, nec vir-
 ” tutem vllam propter se expetendam esse,
 ” nec vitium fugiendum, sed hæc omnia ad
 ” propositum scopum, seu finem referenda,
 ” spectandaque esse. Nihil tamen prohibebit,
 quò minus per se sint virtutes, & in bono-

rum numero fortitudo, prudentia, continentia, tolerantia, & si quæ sunt aliæ generis eiusdem, contrariæ verò res fugiendæ sint. Ecquis ergo fuit vnquam isto ad disputationum concertationes improbius audax? qui duos præstantissimos Philosophos increpuit, alterum, quòd totã virtutem tollat, non ponens id solum bonum esse, quod honestum sit: alterum, quòd, voluptate sine constituta, reliquam virtutem omnẽ, excepta iustitia, seruari non posse arbitretur. Mirifica hominis licentia, differentis ita de rebus eisdem, vt quæ ipse ponit aduersus Aristotelem, ea ipsa rursus contra Platonẽ disputans euertat. Atqui in demonstrationibus de iustitia disertè dicit, omne rectũ officium, & legitimam actionẽ, & iustam actionem esse. Quod autem cum continentia, aut tolerantia, aut prudentia, aut fortitudine fit, est rectũ officium: quare erit etiam iusta actio. Quis fit ergo, vt quibus prudentiã, & fortitudinem, & continentiam relinquit, nõ etiam iustitiam

stittiam eisdem relinquat? cū omnes quæcunque cū officio in aliquo genere dictarum virtutum faciunt, statim & cum iustitia faciant.

Quod verò Plato dixit, iniuriã, quæ sit animi pestis ac perturbatio, nec in ipsis ea præditis vim suã amittere, sed ipsũ malũ & iniustũ hominẽ secum cõmittere, collidere, ac perturbare, reprehendẽs Chrysippus ait absurdè dici, seipsum iniuria afficere, cū iniuria in alterum non in facientem tendat. Verũ horum oblitus contrã scribit in demonstrationibus de iustitia, eum qui iniuriã infert, ipsum à se affici iniuria, seque ipsum violare, quoties alium ledit: quippe extitit ipse sibi in legem peccandi causa, seque ipse indignè læsit. Ac in scriptis quidem contra Platonem, quòd iniuria in alterum, non in seipsum dicatur, illa literis mãdauit: Nam qui
 „ privati sunt iniuriy, cõstant ex pluribus simi
 „ libus cõtraria dicentibus: cū & alioqui sic
 „ accipiatur iniuriæ vocabulũ, quasi pluribus

insit iniuriosè erga se ipsos affectis, in vnum [“]
 verò nihil tale competat, sed quisque sit in- [“]
 iurius quod ad eos attinet, quibuscum con- [“]
 trahit. Contrà verò in demonstrationibus [“]
 ita colligit, iniurium etiam seipsum iniuria [“]
 afficere: Lex vetat, quenquam esse dolo ma- [“]
 lo causam adiuantem violandi legem. Sed [“]
 iniuria est delictum, seu legis violatio. Qui [“]
 itaque causa sibi ipse dolo extitit iniuriã in- [“]
 ferendi, in seipsum legē egreditur. Qui au- [“]
 tem in aliquem delinquit, contra legem eun- [“]
 dem iniuria afficit. Qui itaq; quemuis afficit [“]
 iniuria, etiam ipse semet afficit iniuria. Rur- [“]
 sus: Peccatum est è genere dānorum, seu læ- [“]
 sionum, & quicumq; peccat, in se ipsum pec- [“]
 cat. Quare quicumq; peccat, ipse se indignè [“]
 lædit. Quod si hoc est, iniuria sese afficit. [“]
 Præterea & sic concludit: Qui in alterius [“]
 persona legem violans læditur, ipse se lædit. [“]
 Hoc autem est afficere iniuria. Quare qui [“]
 iniuria afficit, etiam in quolibet omni omni [“]
 no ipse se iniuria afficit. [“]

DISPUTATIONEM de rebus
 bonis & malis, quã ipse introducit, ac pro-
 bat, cõuenientissimã ait esse vitã, maximẽq;
 prænotiones insitas attingere. Atq; hæc qui-
 dem dixit in libro exhortationũ tertio. Ve-
 rùm in primo ait, hanc disputationẽ abstra-
 here hominẽ ab aliis omnibus, tanquam nihil
 ad nos pertinentibus, neque ad felicitatem
 quicquam conferentibus. Vide itaque quo-
 modo sibi cõsentanea dicat, pronũtians eum
 qui nos abstrahit à vita, sanitate, quiete, sen-
 suum integritate, dicitq; has res nihil, ad nos
 pertinere, quas à Diis petimus, eum, in quã,
 pronuntians vitæ ac communibus anticipa-
 tionibus maximè consentire. Verùm ne re-
 pugnantiam negandi facultas esset, in tertio
 57 de iustitia hæc dixit: Quare propter excel-
 58 lentẽ magnitudinem, & pulchritudinẽ, fabu-
 59 lis ac fictis rebus similia, nec hominis natu-
 60 ræ ac ingenio congruentia, videmur dicere.

Quomodo quisquã clarius confessus fuerit,
 se sibi cõtraria dicere, quàm iste, qui scribit

ea congruere vitae, maximeque notitias insitas attingere, quæ tamen propter hyperbolen ait figmenta videri, ac supra hominẽ, supraque humanum ingenium dici.

Pronuntiat Chrysippus naturã infelicitatis esse vitium. Sic enim in omnibus libris naturalibus, ac moralibus scribit, ac contendit, vitiosam vitã, & infelicem vitam esse prorsus eandẽ. In tercio verò de natura, cum præmisisset, quòd conducibilis sit, amẽtem & ex cordẽ viuere, quàm nõ viuere, quãuis sapiens nunquam sis futurus: subiicit: Talia cc
 siquidẽ bona sunt hominibus, vt quodãmodo cc
 mala sint mediis priora. Quod utaq; cum in cc
 aliis scriptis dixisset, nihil vtile stultis esse, hìc cõtrã dicat, stultã vitam cõducere, id si-
 ne maiori reprehẽsione prætermitto. Quod
 verò mediis, quæ apud Stoicos, nec mala, nec
 bona sunt, mala præualere dicit, nihil aliud
 dicit, quàm non malis mala præualere, ac
 quòd infelix est, conducibilis esse eo, quòd
 est nõ infelix. Sic quòd est nõ infelix, arbitra-

tur

tur incommodius, ac proinde dānosius esse
 infelici. Cū vult igitur hanc absurditatem
 „ extenuare, hæc de malis subiicit: Non sunt
 „ autē hæc præualētia, sed ipsa ratio, cum qua
 „ viuere magis cōuenit, etsi stulti simus futu-
 „ ri. Primū itaq; vitium appellat mala, quæq;
 vitium participant: aliud prætereà nihil. Vi-
 titium verò est rationale, vel potius ratio aber-
 rans, ac deprauata. Nihil igitur aliud est, cū
 ratione stultos viuere, quàm cum vitio vi-
 uere. Deinde viuere stultos, est viuere infe-
 lices, ac miseros. Quousque itaque hoc an-
 tecedat media? Non enim vsque ad felici-
 tatem, ait Chrysippus, hoc præcedere in-
 felicitatem. Sed nec vlllo modo, aiunt Stoi-
 ci, Chrysippus arbitratur aut mansionem
 in vita, bonus, aut abitionem malis annu-
 merandam esse, sed in genere rerum, quæ
 natura mediæ sunt, collocandam. Quare &
 felicibus aliquando conuenit sese vita edu-
 cere, contrâque infelicibus in vita per-
 manere. Deinde quæ maior hac reperiri

potest repugnantia in isthac expetitione
 declinationeque rerum, quam conuenire
 summè fœlicibus, propter defectum alicu-
 ius rerum indifferentium bonis præsentibus
 absistere, & indifferentium nihil eligendum
 aut fugiendum esse, sed solum id quod bo-
 num est eligendum, solum malum fugien-
 dum? Atque vtrunque putant Stoici. Fit
 itaque eorum sententia, vt neque ad res
 expetendas, neque ad fugiendas, actionum
 suarum consilia accommodent, sed alior-
 sum dirigentes pro earum rerum ratione,
 quas neque fugiunt, neque expetunt, & vi-
 uant, & moriantur.

CONFITETVR Chrysippus ma-
 ximam differentiam esse bonorum, & ma-
 lorum, quod & necessarium est: siquidem
 hæc in extremam infelicitatem statim deij-
 ciunt, illa ad summam felicitatem euehunt
 eum, ad quem accedunt. Bona verò &
 mala esse sensilia, secundo de fine his verbis
 scribit: Quòd enim sensibilia sint bona & ^{cc}
 mala,

» mala, & his asciscit dicere: Nam non so-
» lum veri affectus, eorúmque species, putà
» dolor, metus & cetera generis eiusdem,
» sensu percipi possunt, sed etiã furtum, scor-
» tatio, & similia sensum sui adferunt. Om-
» ninò enim stultitia, timiditas, & alia nõ pau-
» ca vitia, itẽ non solùm lætitia, beneficentia,
» & aliorum multorũ officiorum recta exe-
» quutio, sed etiam prudentia, fortitudo, &
» reliquæ virtutes sensum excitant. Ac vt
» reliquam istarũ sententiarum absurditatem
præteream, quis negabit, eas pugnare cum
illis, quæ de suo Sapiente non sentiente di-
cunt? Quomodo, quæso, non est hoc longè
absurdissimũ: Eum, qui fit ex malo bonus,
ignorare præsens bonũ & sensibile, & ma-
gnam cũ malo differentiam habens, tamq;
non sentire adesse sibi virtutem, vt etiã
vitiũ sibi adharere putet? Aut enim igno-
rare dubitarẽue nemo potest, vtrũ sit vir-
tutibus præditus omnibus: aut exigua quæ-
dã, prorsusque perspectu difficilis est dif-

ferentia virtutis & vitij, felicitatis & infelicitatis, honestissimæ & turpissimæ vitæ, si quis in se harum rerum commutationem non sentiat.

IN VLTIMO vnius illius de vitis corporis quatuor cõplexi libros ait Chrysippus, Sapientem non esse curiosum, sed rerum tantum suarũ satagere. Sunt autem hæc eius verba: Equidem arbitror prudentem & minimè curiosum esse, & paucorum curam agere, & sua negotia gerere, cùm sit eiusdem sapientiæ, sua tantum, & pauca curare. His propemodum similia scripsit in libro de rebus propter se expetẽdis, hisce verbis: Videtur enim reuera tranquilla & quieta vita extra periculum & lapsum collocata esse: id quod vulgus hominum non potest valdè perspicere. Quòd quidem ab Epicuro providentiam tollente propter otium, quo Deum beat, non valdè differat Chrysippus, hìc manifestum est. Verùm idem in primo de vitis ait, Sapientem sponte
sua

sua suscepturū regnū, vt inde lucretur, ac si non potest ipse regnare, conuersaturū conuicturūque cum Rege, itēq; vnā militaturum: quales reges erant Hydanthyrsus Scythā, & Leucon Ponticus. Apponā & hanc ipsius dictionem, vt videamus vtrūm quomodo ex nete & hypate fit consonātia, sic sibi consentanea sit vita hominis, qui eam incuriosam & paucorum satagentem eligit, sed postea cum Scythis equitat, & Bosphoranorum tyrānorum res procurat, qualicunq; tandem necessitate adigente. Ait:

- ” Quod enim Sapiens militabit, viuetque
 ” cum regibus, rursus inspiciamus his con-
 ” sequenter, aliquibus sanè ne hæc quidem
 ” sentientibus propter similes causas, nobis
 ” tamen etiam hæc Sapienti concedentibus
 ” propter finitimas rationes. Et paulò post.
 Neque modò cum progressis aliquantum
 ad virtutis aditum, ac compositis certa vi-
 tæ ratione ac moribus, vt cum Leucone &
 Hydanthyrso: Callisthenē aliqui reprehendunt,

dunt, quòd ad Alexandrum nauigarit spē Olynthi instaurandæ, Aristotelis exemplo, qui Stagiræ restitutionem impetrauit. Ephorum, Xenocratem, Menedemum laudant, quòd Alexandri consuetudinem refutarunt. At verò Chrysippus lucri gratia in caput præcipitem dat Sapiensem in Panticapæum, & Scytharum solitudinem. Quòd enim quæstus faciendi gratia Sapiensem suum ita tractet, etiã antè demonstrauit, cum tria lucri genera Sipienti maximè conueniëntia demonstrauit, ex regno putà, ex amicis, & ad hæc tertium, quod ex sapientiæ venditione existit. Atqui cum multis in locis ad fastidium vsque hæc laudat,

Nam quid mortali, ni duo sola?

tum verò in commentariis rerum naturalium dicit, Sapiensem, etsi maximas facultates amittat, arbitraturum tamen se drachmæ vnius iacturam fecisse. Isto pacto Sapiensem illic attollit atq; exaggerat, rursus hîc in mercenariam vitam, ac sapien-
tiæ

tie venditationem abiicit. Ait nanque eum
 petiturum & præcepturū mercedem, mo-
 dō statim à primo, modō veniente die di-
 scipulo constituta. Ac hoc quidem poste-
 rius ait humanius esse, illud verò, præci-
 pere, tutius videri, quòd locus hic (dilatio-
 nem dico) iniuriæ sit opportunus. Sic enim
 „ scribit : Non omnes qui sapiunt, mercedem
 „ eodem modo exigunt, sed aliter atque aliter
 „ maior pars, prout res tulerit, non hoc qui-
 „ dem promittentes se discipulum effecturos
 „ bonum, idque anni spatium, sed illud modò
 „ quod in ipsis situm est, ad constitutum tem-
 „ pus se id curaturos. Et infrà: Tempusque
 „ dignoscet, utrū statim in ipso ingressu
 „ mercedem accipere oporteat, quomodo
 „ complures fecerunt, an verò dilationem
 „ concedere: quod etsi videri possit humanius,
 „ hic tamen locus iniuriæ magis obnoxius
 „ est. Verū quomodo Sapiens pecuniarum
 „ contemptor fuerit, si virtutem argento syn-
 grapha cauto tradit, ac quamuis virtutem

non

non tradiderit, mercedulam tamen exigit, quasi suo functus sit officio: aut quî maior extiterit omni damno, si sollicitè cauet, ne in mercedula patiatur iniuriã? Nam nisi qui damno afficitur, iniuriam nemo patitur. Sic cùm in aliis scriptis pronuntiarit, Sapientem iniuriam pati non posse, hîc tamen ait locum istum, hoc est, dilationem iniuriã admittere.

In libro de Rep. ait, ciues voluptatis causa nihil facturos aut cõparaturos esse: laudatque Euripidem, cuius hæc citat:

Quo est opus mortali, ni duobus modò
Cereris fruge, &c.

Deinde paulò pòst laudat Diogenem in propatulo defricantem sibi penem, hæcque spectantibus dicentem, O si possem famem quoque hoc pacto à ventre depellere. Quàm constanti ergo ratione laudat eodem loco, & eum, qui voluptatem exterminat, & eum, qui voluptatis causa talia admittit, taliq; sese turpitudine contaminate
Cùm

Cùm scripsisset itaque in libris de Natura, quòd ea còplures animantes pulchritudinis gratia produxit, vt quæ pulchra amet, & varietate delectetur, cùnque addidisset rem alienissimã, pauonẽ caudæ causa, ob eius scilicet pulchritudinem esse editũ: contrà libro de Rep. vehemẽter eos accusat, qui pauones ac philomelas alunt, velut cõtrarius legislator mundi legislatori, ac derisor naturæ curiosè pulchritudinẽ exquirentis in huiusmodi animãtibus, quibus Sapiẽs in ciuitate nullum locũ relinquit. Quĩ nanq; fieri potest, vt quarũ auium matrem prouidentiam laudat, earũ effœminatos altores nõ absurdè accuset: In quinto itaq; de natura, cùm dixisset, galeritas percommode nos expergefaceret, murẽsq; nos cogere singula diligẽter collocare, tũ verisimile esse naturã pulchritudinis studiosam varietate delectari, his deinde verbis vsus est: Huius rei argumentũ maximum apparuerit in pauonis cauda. Ibi siquidẽ ostendit natura ipsam animantẽ factam esse

esse propter caudã, non contrã. Sic mare na-
 scentem sequuta est fœmina. In cõmentario
 autẽ de Rep. paulò post, quã dixit: Futurũ
 mox est, vt etiã sterquilinia pingamus: sub-
 iungit, Rustica opera nõnulli topiario exor-
 nant, & myrtis, pauonẽsque & columbas
 alunt, nec non perdices, vt cacabent, itẽque
 philomelas. Libenter certẽ interrogarem
 Chrysippũ, ecquid de apibus, de que melle
 sentiat? Nam cõsequens est ei, quod dixit,
 Galeritas vtiliter, apes inutiliter à natura
 proditas dicere. Quòd si apibus in ciui-
 tate locum relinquit, quare ciues arcet ab
 ijs, quæ aures, oculosque delectant? In
 summa quemadmodum absurdè facit, qui
 conuiuas reprehendit, quòd bellarius, vino,
 obsoniis, vtuntur, eũ tamẽ laudat, qui ad has
 lautitias inuitauit, ipsãsq; præparauit: sic il-
 le cõtraria sibi dicere nulli curæ habet, qui
 prouidentia quidẽ laudat, quòd pisces, aues,
 mel, vinum appararit: eos verò reprehen-
 dit, qui, rebus istis omisissis, non sint contenti,
 Cereris

*Cereris fruge, poculisque aequalibus,
quæ sunt & ad manum posita, & nos alere
nata.*

Item ubi dixit in exhortatoriis, quòd
hæc sine ratione sint accusata, incestus cum
matre, filia, sorore, & cibi genus aliquod,
& à coitu funeræ processus ad templum,
» subiicit: Etiam feras in exemplum nobis in-
» tuendas esse, ac ex earum consuetudine col-
» ligendum talium rerû, nihil nec absurdum,
» nec contra naturam esse. Per commodè si-
» quidem in his à feris exempla sumi, vt pute-
» mus neque coeuntia, neque generatîa, neq;
» morientia in sacris locis numen polluere.

Contrà libro quinto de Natura dicit, Hesio-
dum rectè quidem vetare, ne quis in fluuios
& fontes meiat: verûtamen tolerabilius ibi
meij, quàm ad aram, aut Dei statuam: nec
ad rem pertinere, quòd canes & asini hæc
faciant, aut pueri infantes, omni cura &
consyderatione talium rerum vacâtes. Ab-
surdum itaque est efferationem animalium

ratione carētium illic per commodam dicere, hīc verò à ratione alienam.

NON NVLLI Philosophi constituunt, ex eo quòd cogi quis videtur ab extrinsecus oblatiſ causis appetitiones dimittere, in rationali parte animi motum quendam aduētitiū, qui maximè cernitur in rebus dubiæ ac ancipitiſ electioniſ. Nam cūm duæ res æquipollent, paræſque ſunt, ſi alteram ſumere ſit neceſſe, nec ſit cauſa, quæ ad alteram potiuſ inclinēt animum, eò quòd altera nihil differat ab altera, tunc viſ hæc aduentitia, ſumpto ſibi animi inclinandi iure, dubitationem decidere ſolet. Aduerſuſ hoſ Philoſophoſ, vt in multis partibuſ cauſarum ſublationē naturæ vim afferentē, diſputans Chryſippuſ, aſſert taxillum, & ſtateram, multaſque eiuſmodi, quæ nequeunt nunc hoſ, nunc illoſ caſuſ & inclinationeſ accipere ſine cauſa aliqua & differētia, quæ vel ex ipſiſ rebus, vel ex propinquiſ extrinſecus exiſtat. Quodenim ſine cauſa proriuſ
teme

temerè que fiat, in rerū natura nihil esse. In istis verò commentitiis superuentionibus, quas ἐπελεύσεις vocāt, causas occultas subesse, quæ clam nobis impetū nostrum in alteram partē agunt. Atque hæc quidem sunt ex notissimis eius libris desumpta. Quæ verò his ex aduerso cōtraria dixit, ea quoniam nō sunt in promptu ac omnibus exposita, nullo verbo cōmutato apponā. Nam in libro de iudicando cū finxisset duos cursores simul decurrisse, quærit, ecquid Præsidi certaminis faciendum sit. Vtrū, inquit, Præsidi licet vtri velit eorum dare purpuram? Sed & hoc positū sit, quòd Præsidi sint familiariores, vt eis de suo aliquid potius largiturus penè videatur, quàm vt alterū fraudet re, quæ velut sorte dubia quasi communis vtriusque sit facta. Vtrū, inquam, Præsidi licebit, ex fortuita inclinatione purpuram dare? Appello autem fortuitam inclinationem, qualis existit, quum, duabus drachmis cæteroqui similibus propo-

sitis, alteram, inclinatione ad eam facta, su-
 mimus. In sexto autem, de officio postquã di-
 xit, nonnullas res esse multa cõsideratione
 aut attentione indignas, arbitratur debere
 nos in huiusmodi, electionem fortuitæ men-
 tis inclinationi, velut sorti, committere.
 Exẽpli gratia, inquit, si ex probãtibus has, cc
 puta duas drachmas, aliquãto tempore alij cc
 hanc, alij illam dixerint esse pulchram, vna cc
 verò sit accipienda, tũc, omissa longiore cõ- cc
 syderatione, alterutram, quam fors tulerit, cc
 secundũ alicuius arbitriũ sortitò capiemus, cc
 et si sanè drachmam deteriores capturi si- cc
 mus. In his siquidem sortitio ac fortuita mē- cc
 tis citra vllam omnino causam motæ incli- cc
 natio, indifferentium captionem inducit. cc

In tertio de Dialectica cùm præmississet,
 Platonẽ, & Aristotelẽ, cæteròsq; deinceps
 vsq; ad Polemonem, & Stratonem studiosè
 Dialecticam excoluisse, studiosissimè verò
 Socratem: adiecissetque, nec recusandũ esse
 cõmunem cum tot ac talibus viris errorem:
 subiun

55 subiungit hæc verba: Nam si obiter de Dia-
 55 lecticis dixissent, aliquis fortassis hunc Phi-
 55 losophiæ locum derisisset: sed cum tam se-
 55 rio, tamque diligenter dixerint, quasi ex ma-
 55 ximis, ea, maximèque necessariis facultati-
 55 bus sint, non est probabile, viros illos tan-
 55 tum errasse, qui in omnibus Philosophiæ par-
 55 tibus tales reuera extiterunt, quales eos
 55 fuisse taciti cogitamus. Quid tu itaque, di-
 xerit quispiam, tot talibusque viris repu-
 gnare nunquam desines: nullum eos arguen-
 di in præcipuis, opinione tua, maximisque
 rebus finem facies? Neque enim de Dialecti-
 ca studiosè, de principio autem, de Diis, de
 iustitia, aliud agentes ac ludibundi scripse-
 runt. De quibus rebus eorum disputationem
 appellas cæcam, sibi repugnantem, ac alia
 sexcenta vitia habentem.

Gaudium ex alienis malis oriens alicubi
 negat in rerum natura esse, quod id in stu-
 dioforum ac elegantium virorum neminem vlllo
 modo cadat. Verum libro secundo de Bono,

exposita inuidiae natura, quò dea sit dolor
 ex bonis alienis natus eis, qui cupiant utique
 deprimere proximos, quo ipsi excellent:
 coniungit ei gaudiū ex alienis malis nascens.
 Huic inuidiae connexa est voluptas ex alie-
 nis malis percepta, cū homines cupiunt
 alios ob similes causas deprimi. Misericordia
 porrò nascitur, cū homines emouentur mo-
 tibus aliis naturalibus. Hoc enim loco satis
 manifestè reliquit, ut inuidiam & miseri-
 cordiam, sic gaudium ex alienis malis, quod
 tamen aliis in locis negat subsistere: ut &
 improbitatis odium, & turpis lucri studium
 inficiatur.

DIXIT Chrysippus multis in locis,
 temporis diurnitatē ad felicitatis magni-
 tudinem nihil adferre, sed ex æquo felices
 esse, & eos qui longissimo temporis tractu,
 & eos qui impartili momēto beatitatis par-
 ticipes viuunt. Contrà dixit in aliis nec
 paucioribus locis, quòd ne digitum quidem
 extendere conueniat breuissimæ sapientiæ
 gratia,

gratia, quæ fulgetræ more trāsſuolaret. Suf-
 ficient appoſuiſſe, quæ de hac re libro ſexto
 moralium quæſtionū ſcripſit. Nā cūm præ-
 poſuiſſet, nec omni bono gaudium, nec omni
 officio recto grandiloquentiã æquè cōueni-
 „ re: intulit illa. Nam ſiquis ſapientiã non eſſet
 „ habiturus diutius temporis momēto, aut ex-
 „ tremo vitæ puncto, ne digitū quidem conue-
 „ niret exporrigere, ita potiunda ſapientiæ
 „ gratia, quamvis longioris temporis ſpatium
 „ nihilomagiſ homines beet, nec felicitas im-
 „ mortalis breuiſſimæ præferenda ſit. Quod
 „ ſi itaque Chryſippus cum Epicuro putaret,
 ſapientiam eſſe bonum felicitatis efficiens,
 ipſam ſolum dogmatis abſurditatem, no-
 uitatēque reprehendere oporteret: nunc
 verò cūm ei ſapientia nihil aliud natura
 ſua ſit, quàm ipſa felicitas, quomodo, quæ-
 ſo, non pugnant hæc inter ſe, æquè eligen-
 dam breuiſſimam felicitatem, atque im-
 mortalem: verūm breuiſſimam nulla re
 dignam eſſe.

Aiunt virtutes sese consequi, non ea solum de causa, quod, qui vnā habet, omnes habeat, sed & illa, quod qui cum vna quiduis facit, cum omnibus faciat. Negant etiam Stoici aut hominem perfectum esse, qui non omnibus virtutibus sit praeditus, aut actionem perfectam, quae non sit ab omnibus edita virtutibus. Verum Chrysippus sex-
 *aliās for-
 tem.
 to moralium quaestionum negat * sapientem semper se fortiter gerere, aut malum timide, quasi oporteat, visis aliquibus obiectis, iudicia sua hunc tueri, illū deserere. Sed nec, inquit, credibile est, malum semper intemperanter agere. Itaque si fortiter se gerere nihil aliud est, quam fortitudine vti, & ignaue agere idem valet, quod ignauiā vitii: profecto pugnantiā dicunt, qui aiunt, praeditū vna virtute vnoue vitio cum omnibus agere, nō tamen * fortem semper facere fortiter, nec timide malum.

*aliās sapientem.

Rhetoricam definit, artem de ornatu, ac ordine pronuntiatae orationis tractantem.

Sed

„ Sed & illa libro primo scripsit: Nec verò
 „ solum curæ habendum arbitror liberalem
 „ ac simplicem in orationibus quoque ornatū,
 „ sed & conuenientem actionem, tum in vocis
 „ congruentibus modis, tum in oris manuū-
 „ que decentibus motibus ac figuris. Hoc loco
 cum sit tam ambitiosè accuratus atque ex-
 actus, contrà in eodem libro, cum de voca-
 lium collisione quædam præmisisset, non so-
 lum ait, hæc esse negligenda sequentibus
 præstantiora, sed & aliquas obscuritates,
 & ellipses, & verò solæcismos, quorum non
 paucos puderet. Quod itaque nunc vsque ad
 manuum, ac oris decentiam concedit orato-
 ribus, suam vt exornent orationem, rursus
 verò permittit, vt defectuū, obscuritatūque
 sint securi: sed & solæcismos citra ruborem
 dicant, inconstantia est eius hominis, qui,
 quicquid in buccam venerit, dicat.

In Naturalibus positionibus, cum dili-
 genter monuisset, vt ne rebus experientiam
 & historiam, hoc est, inspectionē requiren-

tibus assentiamur, ait: Neque cum Platone
 sentiamus, liquidum alimentū in pulmonem,
 siccum in ventriculum deferri, nec aliis hu-
 ius generis erratis implicemur. Equidem
 existimo, omnium & repugnantiam maxi-
 mam & erratum turpissimū esse, si quis in eo
 reprehendat alios, in quod deinde ipse sine
 cautione vlla incurrat. Verū enim uerò
 ipse ait, axiomatum complexiones denario
 numero confectas multitudine excedere
 centum myriadas, cū hoc nec per se diligen-
 ter quæsierit, nec hominum experientium
 opera ad veritatē indagandam sit vsus. At-
 qui Plato sententiæ suæ testes habet Medico-
 rum celeberrimos Hippocratem, Philistio-
 nē, Dioxippum Hippocrateū, ac ex Poëtis
 Euripidem, Alcæū, Eupolim, Eratoſthenē,
 quippe qui omnes dicant, potum pulmones
 transire: Chrysippum verò cuncti arguunt
 Arithmetici, in quibus est Hipparcus. Ostē-
 dit enim Chrysippū in maximo calculi erro-
 re versatū, siquidem Aientiū genus conficit
 axioma

axiomatum complexorum X myriadas & amplius ter mille quadraginta nouem: Negantium verò nongenta quinquaginta duo supra triginta vnā myriadas.

VE TER VM nonnulli dicebant, idē Zenoni vsu venire, quod illi acidum vinum habenti, qui id nec pro vino, nec pro aceto distrahere posset. Nam productum Zenoni nec boni, nec indifferentis rationem habet. Verūm Chrysippus longē etiam difficiliore eius rei dispositionem reddidit. Nunc enim dicit illos insanire, qui diuitias, sanitatem, quietem, corporis integritatē nibili faciunt, nec consecrātur: adductis que illis Hesiodius,

Perse operare, Deūm genus.

subiungit insaniam esse contrarium suadere sic,

Ne tu Perse operere, Deūm genus.

Item in cōmentariis de vitis ait, Sapientem & cum regibus congressurū quæstus causa, & pecunia sapientiā venditaturū, ita vt discipulorū ab aliis mercedē præcipiat, cum
aliis

aliis de ea paciscatur. Itē in septimo de officiis ait, sapientē in caput etiā saltaturū talē ti mercede. Sed et in primo de bonis cōcedit propemodū, & dat, vt quilibet pro arbitrio suo producta appellet bona, eisque cōtraria mala. Ita enim scribit: Si quis vult iuxta cō-
 mutationes hasce aliudeorum appellare bo-
 num, aliud malū, sic sanē appellet, dummodo
 in has res iudicio deferatur, nō fortē aber-
 ret, vt earū quidem significata sine errore
 teneat, ceteroqui verò in eis appellandi cō-
 suetudinē consēctetur. Rursus verò qui di-
 ctis locis productū bonis aggregarat, com-
 miscueratq; in aliis contrariū dicit, in totum
 nihil horum ad nos pertinere: imò rationem
 nos ab omnibus huiusmodi auertere atque
 auellere. Atq; hæc quidē in primo de exhor-
 tādō scripsit. In tercio verò de Natura dicit
 quòd à nōnullis regnātes, & copiis abundan-
 tes beati prædicētur, perinde esse, ac si au-
 reis matulis & fimbriis vtentes beati præ-
 dicarētur. Bono certē viro facultatū iactur-

ram nõ grauiore accidere, quàm drachmæ
amissionem, pariâque esse naufragium, &
pedis offensionem. Huiusmodi rebus effectû
est, vt Chrysippus nõ virtutem modò, sed
etiam prouidentiam cõtrariis istis repleue-
rit. Nam virtus quidem prorsus sordida &
stulta videbitur, si in istius modi rebus nego-
tietur, occupeturue, si sapientem earũ causa
in Bosphorũ nauigare, inque caput saltare
iubeat: Iupiter verò ridiculus, si gaudeat co-
gnominibus Ditãtis, Frugiferi, Gratificato-
ris, quòd scilicet largiatur hominibus au-
reas matulas & fimbrias, bonis autem viris
reculas drachmæ æstimandas, quãdo ipsius
prouidentia locupletatur. Apollo certè risu
etiã paulò dignior, quòd sedeat responsurus
de aureis fimbriis & matulis, de pedũ offen-
sionibus euitandis. Verùm Stoici longè ma-
nifestiore repugnantia sua ipsi demonstra-
tione reddunt. Quo siquidem, aiunt, bene &
malè licet vti, hoc neq; bonũ est, neque ma-
lũ. Atqui diuitiis, sanitate, corporis viribus,
omnes

omnes stulti malè vtütur. Sequitur, nihil horum bonũ esse. Si Deus itaq; non dat hominibus virtutẽ, sed honestum viribus nostris cõparatur, dat autem diuitias & sanitatem sine virtute: certè ea dat non benè vsuris, sed malè, hoc est, damnosè, turpiter, & perniciosè vsuris. Ac si quidem Dij, cùm possunt donare virtutẽ, non donant, boni & cõmodi nõ sunt. Quòd si nequeunt bonos efficere, certè nec iuuare possunt, cùm hoc sit positiũ, nihil rerum reliquarum bonum esse, nihil vtile. Quod verò Dij iudicant pro virtute ac robore eos, qui aliter quàm ipsorum ope boni sunt effecti, nihil est. Nam & malos boni pro virtute ac robore iudicant, vt dicendum sit, nõ magis à Diis homines, quàm ab hominibus Deos iuuari. Verùm nec se bonum pronuntiat Chrysippus, nec suorum familiarium aut antecessorum quenquam. Quid itaque de aliis Stoici sentiunt? An non ea quæ dicunt? omnes insanire, dementes esse, impios, legum violatores, ad summũ infelicitatis ac omnis infortunij gradũ peruenisse, nihilominus tamen

men res nostrū tam misere vuentiū prouidentia Deorū gubernari. Si Diū itaque, mutata volūate, nos vellent ledere, afflictere, torquere, conterere, non possent tamen nos peius tractare quā quomodo nunc sumus affecti, vt pronuntiat Chrysippus, in vita nostra nullum nec ad malitiam, nec ad infelicitatem augendam locum esse relictum: ita vt si loqui posset, dictura sit cum Hercule,

In malorum plena nouis non est locus.

Quæ itaque magis sibi repugnātia pronuntiat quisquā repererit, quā sint illa duo, quorū alterum de Diis, alterū de hominibus Chrysippus protulit: Deos quā fieri potest optimè prouidere hominibus, homines, quā fieri potest, miserrimè etatē degere?

Pythagoræorum nonnulli Chrysippum reprehendunt, quòd in libris de iustitia scribat, gallinaceos vtiliter à natura proditos esse: nos siquidem expergefaciunt, scorpiones tollunt, pugnis suis nos excitant, amore studioque quodam fortitudinis iniecto. Eos nihilò minus comedendos, ne vtilitatem

litatem vincat pullorū multitudo. Verūm Chrysippus vsque adeò reprehensores istos contemnit, vt in tertio de Diis hoc scribat de Ioue Seruatore, patre iustitiæ, bonæ legislationis, pacis. Quæ admodum ciuitates hominum multitudine abundantes deducunt colonias, bella mouent, ita Deus pestis principia solet dare. Euripidem quoque, & alios testes laudat. Dicunt enim, Deos bellum Troianum exhauriendæ multitudinis hominum causa concitauisse. Harum sententiarum reliquas absurditates ac vitia omitte. Nec enim nobis propositū est, excutere quid parū rectè, sed quid repugnanter dicant. Illud modò consydera, quòd cognomenta honesta & humana, facta verò fæda Barbara & Gallicana Diis attribuit. Neque enim coloniarum deductionibus similes sunt pestes & exitia hominū, qualia bellum Troianum effecit, & deinde Medicum, ac Peloponnesiacum, nisi fortè sciam isti, apud Plutonem, & sub terra vrbes aliquas conditas

ditas esse. Verum Chrysippus assimilat Deum Deiotaro Gallo, qui cum vellet vni ex pluribus liberis regnum ac domum legare, reliquos omnes iugulauit, quasi vitis palmites refecaret atque coerceret, vt vnus ille relictus, magnus atque robustus euaderet. Sanè quidem vinitor, dum palmites parui adhuc & debiles sunt, isthuc solet facere, nosque dum catelli recentes adhuc & teneri sunt, eorum multitudinē, quò cani parcamus, itidē subducimus. Sed Iupiter, qui postquam non solum negligenter passus est adulescere, sed ipsemet etiā produxit, & auxit, tunc demum supplicio afficit, causas pestis atque exitij machinans. Atqui causas & principia nascendi nec præbita oportebat. Sed hoc crimen obiectum Ioui minus est: illud maius, quòd cum nullum bellum sine vitio nascatur, sed omne vel voluptatis, vel pecuniæ, vel gloriæ, vel regni libido committat, Deus generet: sequetur Deum exasperando deprauandoque hominum mentes, etiam vitia suscita-

re. Quanquam ait ipse in libro, de iudicâdo, & iterum in secundo de Deis, quòd parum sit rationi consentaneum, numen turpiù esse causam. Quemadmodù enim neque lex violandæ legis causa fuerit, neque Dÿ impietatis exercendæ, sic rationi consentaneù, eisdem nullius rei turpis autores existere.

Quamuis itaq; nihil turpius sit hominibus peste à se ipsis nata, Chrysippus tamen ait, Deum eius principia commouere. Atqui, dixerit quispiã, laudat certè Euripidem, quòd dicat,

*Si dij quid gerūt turpe, nō sunt Dÿ. Et illud,
Dixeras facillimum criminari Deos.*

Quasi verò nos aliud quicquã nunc agamus, quàm vt istius dicta & sensa cōtraria proponamus. Vel hoc ipsum, quod nunc laudatur, non semel modò, bis, tēue sed sexcenties contra Chrysippum vsurpare licebit,

Dixeras facillimum esse crimen Deūm.

Primum enim cùm cyceoni illi multiplici potioni alias nutrienti, alias turbanti partes,

tes, comparasset varietatem motus rerū na-
 „ turalium, hæc dixit: Quum vniuersi ordo
 „ sic procedat, necesse est iuxta eum, quomo-
 „ docunq; afficiamur, sic certè affici, siue con-
 „ tra naturam nostram ægrotemus, siue mu-
 „ tilati, siue Grammatici, Music'ue simus. Et
 „ paulò pòst: hac ratione similia dicemus etiã
 „ de virtute nostrã & vitio, omninoque de
 „ artibus, & inertius, vt dicebam. Et paululũ
 infrà tam apertè loquitur, vt omnem tollat
 „ ambiguitatem. Nihil enim rerum singula-
 „ rium, ne minimum quidem, aliter fieri po-
 „ test, quàm iuxta cõmunem naturam, eiusq;
 „ rationem. Quod verò communis natura, &
 cõmunis naturæ ratio sit fatum, & prou-
 „ dentia, & Iupiter, ne Antipodas quidem la-
 tet. A Stoicis enim vbique iactantur ista,
 Homerúsque rectè dixisse iudicatur,

--Iouis est perfecta voluntas.

quippe refert omnia ad fatum, & vniuersi
 naturam, à qua cuncta gubernantur. Quĩ
 ergo ista consistere possunt? nullius rei

turpis Deum autorem esse, & ne minimum
 quidem aliter fieri posse, quàm ex communi
 natura, eiusque præscripto. Nam in omni-
 bus, quæ fiunt, turpia sunt. Diis ergo sunt
 adscribenda. Atque Epicurus quidē in om-
 nem se versat partem, omnēmque mouet ar-
 tem, dum machinatur liberū arbitriū exol-
 uere sempiterno motu, ne vitium extra re-
 prehensionem ponatur. Iste verò laxissi-
 mam licentiam vitio concedit, quasi sit id fa-
 ctum, non solum ex necessitate, aut fato, sed
 etiā Dei ratione, atq; optima natura intro-
 ductum. Quid quod hæc eisdē verbis scrip-
 ta reliquit? Cùm enim communis natura in
 omnia se porrigat, oportebit omne, quomo-
 docūque in vniuerso, & qualibet eius parte
 factum, iuxta illam, illiusque præscriptum
 fieri, consequētia minimè impedita, eò quòd
 neque extrinsecus quicquam sit æconomice
 restitutum, neque partium vlla possit aliter
 moueri, aut se habere, quàm iuxta commu-
 nem naturam. Qui sunt igitur partium ha-
 bitus,

bitus, qui motus? Palam est habitus esse vitia, morbos, cupiditatem pecuniæ, voluptatis, gloriæ, timiditatem, iniustitiam. Motus verò stupra, furta, proditiones, homicidia, parricidia. Horum nihil neque tam paruum, neque tam magnum esse putat Chrysippus, quod contra Iouis præscriptum, legem, iustitiam, providentiam existat, ut iam neque contra legem fiat legis violatio, neque contra iustitiã iniuria, neq; præter providentiam maleficium. Veruntamen dicit Deum punire vitium, multaq; facere in pœnam malorum, ut in secundo de Diis, nonnunquam difficilia bonis ait obiici, non quomodo malis, puniendi causa, sed alia ratione, ut in civitatibus euenire solet. Idem his uerbis
 35 dicit: Primum mala sic sunt accipiẽda, quo-
 35 modo in superioribus diximus. Deinde
 35 sciendum, ea distribui secundum Iouis ra-
 35 tionem, vel in pœnam, vel in aliquam aliam
 35 vniuersi dispensationem. Est hoc sanè graue
 & indignũ, quòd ex Iouis ratione & nascã-

tur, & puniatur vitium. Sed & auget repugnantiam his verbis, quæ libro secundo de natura scripsit. Vitium propriam quamdam rationem ad casus graues habet. Nam fit quodammodo iuxta naturæ rationem, ac, vt ita dicam, non inutiliter ad vniuersa. Neque enim bona essent alioqui. Itane verò audet iste eos reprehendere, qui ex æquo in vtraque partem disserunt, cum ipse tam infano studio de rebus omnibus nouum aliquid, & peculiare, & eximium dicendi teneatur, vt dicat, non inutiliter fieri loculorum sectiones, sycophantias, stultitias, non inutiliter homines damnosos, infelices existere? Qualis quaeso Iupiter est dicendus (Chrysippeum dico) si rem neque ex sese natam neque inutiliter factam punit? Nam Chrysippi ratio efficit vitium rem reprehensione prorsus indignam: Iouem verò accusatione dignum, siue quòd vitium rem inutile fecit, siue quòd id cum non inutiliter fecerit, nihilò minùs punit. Rursus libro primo

primo de iustitia disputās de Diis, quasi pec-
 33 catis aliquibus resistant, Vitiū, inquit, pror-
 33 sus tolli non potest, nec cōuenit sublatas esse
 33 legum violationē, iniustitiā, nequitiam. Hic
 quid verū sit, quærere nō est nostri institui:
 Illud tām̄ notādū est, Chrysippū dū, quod in
 se est, philosophādo tollit vitiū, quod tolli nō
 cōuenit, rem facere & disputationi suæ, &
 Deo repugnantē. Adhæc q̄ dicit, Deū non-
 nulla peccata impedire, rursus significatio-
 nē dat, peccata esse à Dei sanctitate aliena.

Item cū sæpè scripserit, nihil esse in
 mundo reprehensione aut querela dignum,
 quippe cū omnia natura peragantur optima,
 alibi contrā relinquit criminādas aliquas in-
 curias & negligentias in rebus nec paruis,
 nec contēendis. In tertio nāq; de substātia
 cū mentionē fecisset casuū, qui tali incuria
 viris optimis accidāt, vtrū, inquit, huiusmodi
 eueniunt, quòd aliqua negligantur, vt in
 maioribus domibus obiter cadunt fursura
 quædā, aliquòtq; grana frumēti, cū tamen

vniuersitas rectè gubernetur? An quòd ta-
 libus rebus præposita sint mala quaedam
 dæmonia, in quibus iustissimè incuriæ sunt
 etiam reprehendendæ? Sed & necessitatis
 multum rebus admistum esse dicit. Equidem
 nunc non dicam, quantæ sit leuitatis ac teme-
 ritatis, frumenti granis ac fursuribus obi-
 ter decidentibus assimilare optimorū viro-
 rum casus, vt Socratis condemnationē, Py-
 thagoræ viui concremationem à Cylonæis
 factam, interitus Zenonis & Typhonis, al-
 terius à Demylo, alterius à Dionysio excru-
 ciat, hoc, inquam, prætermitto: illud modò
 quæro, quomodo mala dæmonia talibus ne-
 gotiis ex prouidentia præposita crimini nõ
 erunt Deo, vt Regi, qui malis & stolidis sa-
 trapæ, ac ducibus administrationes commit-
 tat, adeorūmq; negligentias & in bonos in-
 iurias conuiueat? Quòd si necessitatis mul-
 tum rebus est admixtum, sequitur. Deū ne-
 que omnium compotē esse, neque omnia pro
 ratione arbitriòque suo administrare.

Pugnat

Pugnat cum Epicuro maximè & cum tollentibus diuinam providentiam: pugnat, inquam, atque inuadit eos ex notitiis, quas de Diis vt beneficis & humanis habemus. Quæ cum passim à Stoicis dicantur, nihil opus est eorum verba ascribere. Atqui beneficos esse Deos non omnes mentibus anticipant. Qualia, quæso, Iudæi & Syri de Diis sentiunt? Quantæ quâque meticulose superstitionis plena sunt poëtarum carmina?

Deum verò corruptibilem & genitum nemo (vt ita dicam) esse cogitat. Ac vt reliquos omnes omittã, Antipater Tarsensis
 „ in opere de Diis hæc ad verbũ scripsit: Ad
 „ efficaciam totius disputationis paucis tan-
 „ dem colligemus, quam de Deo notitiam ha-
 „ bemus. Deum itaque intelligimus esse ani-
 „ mal beatum, & corruptionis expertus, & be-
 „ neficum in homines. Deinde horum singula
 „ exponens sic ait: Atqui omnes arbitrantur
 „ eos interitus expertes esse. Nullus itaque

est Chrysippus, omniū numero excipiendus,
 si Antipatro credimus. Nullum siquidem
 Deorum putat immortalem Chrysippus
 præter ignem, sed omnes ex æquo & geni-
 tos, & interituros. Hæc ubiq; ferè ab eo di-
 cuntur. Vnum autē locum adducā ex tertio
 de Diis alterius ac diuersæ naturæ. Deorū
 enim alij geniti sunt & mortales, alij sunt
 ingeniti, quorū demonstrationē à capite ar-
 cessere munus est sciētiæ naturalis peculia-
 rius. Sol enim, & Luna, reliquique Dij na-
 turam eandem habentes sunt orti: Iupiter
 autem æternus est. Et infrà: Similia dicen-
 tur de intellectu, & ortu, deque aliis Diis
 & ipso Ioue. Nam cum reliqui sint morta-
 les, huius partes corruptionis sunt exper-
 tes. Cum his adhuc Antipatri pauca con-
 ferre atque coniungere volo. Quicumque è
 natura Deorum tollunt beneficentiam, a-
 quatenus ad horum prænotationem accedunt,
 similiter illi quoque, qui putant Deos ortus
 & interitus esse participes. Ergo si æque
 sunt

sunt absurdi, & is qui immortalitate, & is qui procuratione atque humanitate deos sententia sua spoliat, æquè lapsi sunt Chrysippus & Epicurus, hic beneficentiam Diis, ille immortalitatem detrahens.

Sed & in tertio de Diis Chrysippus his
 » verbis dicit, Deos reliquos nutriri. Alimen-
 » tisque reliqui quidem Dij vtuntur similiter
 » eius vi atq; ope contenti ac cohærentes. Ve-
 » rùm Iupiter & Mūdus alio modo, quàm qui
 » consumuntur, & ex igne reparantur. Hic
 pronūtiat reliquos omnes Deos nutriri, ex-
 cepto Ioue, & Mundo. Contrà in primo de
 prouidētia dicit, Iouē augeri, donec in ipsum
 omnia absumantur. Nam cū mors sit ani-
 mi à corpore separatio, animus autē Mun-
 di non separetur, sed vsque crescat, donec
 in se materiã absumpserit, nō est dicendū mo-
 ri Mundum. Quis itaq; cōtraria magis ipse
 sibi reperietur dicere, quàm is, qui eundem
 Deū? Verūm quid collectione mea opus est?
 » Nā ipsemet apertè scripsit in eodē loco: Sibi
 solus

solus Mundus sufficere dicitur, quòd omnia ^{ce}
 in se complectatur, quibus opus habet, ex ^{ce}
 seque nutriatur & augeatur, cùm reliquæ ^{ce}
 particulae in sese inuicem digerantur. Non ^{ce}
 solum itaque sibi repugnat in illis locis, re-
 liquos Deos, exceptis Mundo & Ioue, ali
 pronuntians, in hoc etiam Mundum ali di-
 cens: sed adhuc magis asserens, Mundum
 augeri ex seipso altum: cùm contrà sit ve-
 rissimile, hunc solum non augeri, qui ex sui
 deminutione alimentum habeat, reliquos ve-
 rò Deos extrinsecus præbito alimento au-
 geri, magisque Mundum in hos absumi, si
 Mundo ex se, his à Mundo datū est aliquid
 semper sumere, indeque nutriri.

ALTERVM, quod Deorum notio
 mentibus nostris informata continet, est illa
 felicitas eorum, & beatitudo, omni detra-
 eta indigentia. Vnde etiam Euripidem lau-
 dant, quòd illa dixit,

Eget nanque nulla earum rerum Deus,
 Deus si verè est.--

Verùm misera hæc verba sunt.

At

At Chrysippus in eis, quæ descripsi, solum Mundum ait abundè omnia sibi suppeditare, quòd omnia, quibus indiget, in se solus habeat. Quid itaque sequitur si posuerimus solum Mundum esse perfectum, sibi que sufficientem? An non illud, neque Solem, neque Lunam, neque Deorum reliquorum ququam sibi sufficere? Quòd si est, efficitur eos neque felices, neque beatos esse.

Putat factum in utero natura nutriri plantæ modo, cum verò editur, tunc refrigeratum ab aëre ac temperamento firmatum, densatumque mutare spiritum, fierique animal. Vnde non sine ratione animum appellatum esse $\psi\upsilon\chi\eta\iota\upsilon$ ob $\psi\upsilon\gamma\iota\upsilon$, id est, refrigerationem. Rursus ipse secum pugnās arbitratur animum esse rariorem subtiliorémque naturæ spiritum. Què enim per refrigerationem & densationem fieri potest aliquid tenuium partium & rarum, ex eo quod est crassarum partium? Quod verò maius est, quomodo refrigeratione aliquid animari pronun



pronuntians solem putat animantem esse, cum sit igneus, & natus ex euaporatione in ignem mutata. Ita enim scribit in tertio de natura: Ignis mutatio talis est. Per aërem in aquam mutatur, ex hac aër subsidente terra, exhalatur. Aëre rursus tenuato aether in orbem circumfunditur. Astra verò cum Sole è mari accenduntur. Sed quid per Deos cōtrarium magis est accensioni, quàm refrigeratio? diffusioni, quàm densatio? cum altera ex igne & aëre faciant aquam & terram, altera conuertant humidum quod est, & terrenum in ignem atque aërem. Veruntamen Chrysippus nunc accensionem, nunc refrigerationem animationis principium constituit. Atqui cum Mundus totus ignescit, tunc viuere & viuens animal existere dicit, rursus cum extinguitur & crassescit, tunc animal in aquam, terram, & corporeū quiddam cōuertit. In primo verò de prouidentia ait: Cum Mundus est omnibus sui partibus igneus, statim

„ statim & animus sui est, & dux ratio. Cùm
 „ verò mutatus in humidum, & relictum in-
 „ tus animū, quodammodo in corpus, & ani-
 „ mum mutatur, vt ex his constet, tunc alio
 „ sese modo habet. Hic vtique dicit apertè
 mundi partes inanimes excādescentia con-
 uerti in animantes, contrāque restinctu
 & animum remitti, & humescere ita, vt in
 corpus abeat. Absurdus itaque videtur
 Chrysippus, qui refrigeratione nunc ex
 non sentientibus faciat sententia, nunc in
 carentia sensu & animo partem animi mun-
 dani maximam conuertit.

CAETERVM vt hæc omittantur,
 illa de animi generatione disputatio ipsius
 placito contrariam demonstracionem con-
 tinet. Dicit enim, vt in ferro acies tem-
 peratione firmatur, sic in partu nunc edito
 refrigeratione animum spiritu se mutante
 fieri. Iam verò ad probandū animum fuisse
 factū, postq; genitum esse, ista maximè de-
 monstracione vtitur, quòd gnati & morum,

&

Et ingenij similitudine parētes repræsentēt.
 Sed harū rerum pugna vel oculis cerni po-
 test. Neque enim fieri potest, vt animus, qui
 post partum generatur, moribus formetur
 ante partum: aut eueniet, priusquā factus
 fuerit animus, eū similem esse animo paren-
 tū, hoc est, & similitudine esse, & non esse,
 eò quòd nondum extitit. Si quis dixerit, eò
 quòd similitudo corporum constitutionibus
 ingeneretur, animos, cū generantur, mu-
 tari, is argumentum corrumpit, quo proba-
 tur, animum factum esse. Nanque hoc modo
 fieri potest, vt cū sit ingenitus, constitutio-
 ne similis corporis mutetur, postquā extrin-
 secus ingressus fuerit.

DICIT aliquando, aërē leuitate natiua
 sursum ferri, aliquando eum neque grauem,
 neque leuē esse. Itaque in secundo de motu
 scribit, etiam ignem grauitatis expertem
 sursum ferri, ac in hoc aërē igni similem: vt
 aqua terræ, aër igni magis attribuatur. In
 naturalibus verò artibus in alterā inclinat
 opinio

opinionem, ut putet aërem nec pondere ex se, nec leuitate præditum esse.

ITEM aërem dicit natura sua tenebrosum esse, hoc argumento, quòd sit etiam primò frigidum. Nam eius tenebrositatem opponi ignis splendori, frigus calori. Hæc cum in libro primo naturalium questionum agitet, rursus in commentariis de habitibus ait, habitus nihil aliud esse, quàm aëres. Ab his enim continentur corpora, quarè que vnũquodque eorum, quæ habitu continentur, quale quiddam sit, autor est is, qui continet aër, quem eundem duritiem in ferro, densitatem in lapide, albedinẽ in argento vocant. Sed hæc & valde sunt absurda & valde secum pugnant. Si nanque talis manet aër, qualis natura sua est, quomodo quod nigrum est, fit albedo in eo quod non est album? quod molle est, in non duro durities? quod rarum est, in non denso densitas? Quod si dum miscetur, in his mutatur, assimilaturque, quomodo est habitus, aut vis, aut causa ho-

rum, à quibus vincitur? Nam huiusmodi mutatio, qua suas qualitates aliquid amittit, patientis est, non agentis: viribus deficientis, non continentis corporis. Quid quod ubique pronunciant, materiam ex se inertem atque immobilem subiici substernique qualitibus, quas spiritus & tonos aërosos appellant? Hos igitur quibuscunque materiae partibus ingenti fuerint, eas informare atque figurare. Quae Stoici non possunt dicere, si, qualem diximus, aëris naturam ponunt. Nam cum sit aëri habitus ac tonus, assimilabit singula corpora, ut iam omnia nigra & mollia sint futura. Quòd si cōmissione cum corporibus temperatus contrarias suis & naturalibus recipit formas, materia quodammodo materiae, non causa aut vis eius fuerit.

A' CHRYSIPPO saepe dicitur, illud extra mundum vacuum, infinitum esse: infinitum verò neque initium, neque medium, neque finem habere. Atque hac maxime ratione

ratione illam atomi ab Epicuro dictam descensionem spontaneam Stoici tollunt, quòd nò sit in vacuo infinito differētia, per quam aliud suprà, aliud infrà intelligatur fieri. Atqui in quarto πρὸς Δουνατῶν cum posuisset, medium quendam locum, mediàmque regionem, ibi ait innixum sedere mundum.

- ” Verba Chrysippi sunt hæc: Quare dicen-
- ” dum est etiam de mundo, quòd is sit corrup-
- ” tibilis & interiturus, quamuis hæc res di-
- ” sputatione indigere putetur. Verũ enim uero
- ” mihi hoc magis videtur. Propemodum tamẽ mundo ad nescio quam incorruptibilitatem multum confert etiam regionis occupatio, putà quòd in medio sit. Nam si alibi situs intelligeretur, omninò etiam corruptio ei coniungeretur. Et paululum infrà: Nam hoc penè modo substantia ab omni eternitate constituit, medio loco occupato, statim à principio talis existens, vt si quo alio prætereà modo, certè ob sortitionẽ talis loci corruptionẽ non admittat. ex quo sempiternum

esse dicendum sit. Hæc vnam manifestam
& conspiciendam repugnãtiam continent,
scilicet infiniti medium aliquem locum, me-
diãmque regionẽ esse: alteram obscuriorem
illam quidem, sed absurdiorem. Arbitrans
enim mundum non posse interitus exper-
tem permanere, si alia vacui parte sederet,
planum facit se timere, ne si partes substan-
tiæ ad medium non ferantur, dissolutio cor-
ruptiõque mundi consequatur. Quæ ne-
quaquam timeret, nisi arbitraretur vndique
corpora ad medium natura sua ferri, ad me-
dium, inquam, non substantiæ, sed loci sub-
stantiam continētis, de quo etiam sæpe dixit,
quasi fieri non posset, aut contra naturam
fieret. Neque enim esse in vacuo differen-
tiam, cuius ratione corpora magis huc,
quàm illuc adducantur. Mundi verò con-
structionem causam esse motus ad centrum
& medium, vergentibus deferentibúsq; eò
se vndique corporibus. Sufficit ad hoc pro-
bandum adferre locum ex secundo de motu.

Nam

Nam cum proposuisset, mundum esse corpus perfectum, partes non item, eò quòd sint affectæ quodammodo ad totum, nec per se sint: itemque cum disseruisset de motu mundi, quòd vitanda dissolutione fractioneque, ad coherentiam continentiamque sui per omnes partes natus sit moueri, hæc subiūxit:

” Sic autē vniuerso tendente eòdem ac moto,
 ” partibus quoque pro corporis natura ean-
 ” dem motionem habentibus, probabile est,
 ” omnibus corporibus à natura inditum esse
 ” motum hunc primum ad medium mundi lo-
 ” cum, mundo quidem sic moto, vt ad se refer-
 ” tur, partibus verò, tanquam partibus, seu
 ” quatenus vt partes considerantur. Itane
 ” verò? dixerit aliquis. Equid tibi accidit,
 ” bone vir, quod horum verborum memoriam
 ” tibi excusserit? vt pronunties mundum dis-
 ” solutioni corruptionique obnoxium fore,
 ” nisi mediam regionem fortè occupasset. Si
 ” nanque natura sua vergit ad idem medium,
 ” eòdemque partes vndique contendunt, certè

quacūq; parte vacui ponatur, sic se continēs
 ac constringens mundus, corruptionis atque
 fracturæ expers permanebit. Nā quæ fran-
 guntur dissipanturque, ea utiq; corrup-
 puntur, cum singulæ partes discretæ ac
 dissolutæ ex non naturali ad naturalem locū
 destuunt. Tu verò, qui mūdo corruptionem
 annecti putas, si alio quàm medio vacui loco
 ponatur, ac proinde medium dicis esse in re
 medium habere non nata (vacuo inquam)
 tensiones quidem, continētias, nutūsque illos,
 tanquam nihil certi firmique ad salutem ha-
 bentes, omisisti, occupationi verò loci totam
 causam adscripsisti. Quid quòd illa iam
 dictis annectis, quasi ipse te refutare conten-
 deres. Ais: Quo verò modo partes sin-
 gule mouentur, ex eo quòd reliquo connatæ
 coniunctæque sunt, eodem sanè modo con-
 sentaneū est eas per se moueri, si disputatio-
 nis gratia cogitatione finxerimus, posueri-
 musque, eas esse in aliquo huiusce mudi va-
 cuo. Ut nanque vnaquæque pars vndique
 coniuu

» coniuñcta atq; contenta moueretur ad me-
» dium, sic & si disputationis gratia fingamus
» circa ipsam repente vacuum esse, eundem
» seruat motum. Scilicet pars qualibet
vndique vacuo circumdata non amittit incli-
nationem ducentē ad mediā mundi regionē:
ipse verò mūdus, nisi fortuitus casus ei para-
uerit medium locum, perdet tonum vñque
continentē, aliæque aliò substantiæ ipsius
partes dilabentur. Atque hæc quidem,
quod ad naturalem scientiam attinet, ma-
gnas contradictiones habent. Illud verò
etiā disputationi de Diis, ac prouidentia re-
pugnat, quòd cum minimas causas rerum
eis attribuat, quod præcipuum tamen &
maximum est, auferat. Quæ res enim maio-
ri potentia fit, quàm mundi perpetua per-
mansio? aut quàm substantiæ partibus se-
cum vñtæ continentia? Verùm hæc, Chry-
sippi sententia, fortuitò contigit. Nam si
loci occupatio est immortalitatis causa, ea
verò fortè contigit, consequitur nimirum,

vniversi salutem non fati & providentiae,
sed fortuiti casus opus esse.

DISPVATIO verò πρὸς δυνά-
τωρ. hoc est, de eis, quæ fieri possunt, quin pu-
gnet cum illa de fato, quomodo Chrysippus
defendet: Nam si id, quod fieri potest, Dio-
dorus non rectè sic definiuit, quod aut est,
aut erit verum: sed ita definiendum est, o-
mne quod fieri potest: vt sit quod natura
sua admittit vt esse possit, quãuis nunquam
sit futurum: multa erunt, quæ fieri poterūt,
quæ tamen ex fato inuictò, inexpugnabili,
omnibûsque superiore non fierent. Aut igi-
tur fatum vim suam amittit, aut si fato, vt
censet Chrysippus, ea constat, illud quod
natura sua recipit vt esse possit, sæpe in cau-
sam impossibilis incidet. Ac omne quidem
verum erit necessarium, potentissima ne-
cessitate occupatum: rursus omne falsum
impossibile, quippe maximam habens cau-
sam repugnantem, quò minus verum fiat.
Nam cui fatatum est in mari mori, quì po-
test

testis obnoxius esse morti in terra contingenti? An is, qui fati necessitate Megaris tenetur, poterit Athenas proficisci?

SED ET EA, quæ de visis dicuntur, validè fato aduersantur. Nam volens ostendere, visum non esse perfectam causam assensionis, dixit, sapientes læsuos esse, cum falsa visa ingerunt, si visa planè ac perfectè assensiones efficiant. Sape enim sapientes falso apud malos vtuntur, visumque probabile obuciunt, non etiam assensionis causam, quandoquidem visum tale fuerit etiam causa falsæ opinionis & deceptionis. Hæc itaque si quis à sapiente ad fatum transferens dicat, non ob fatum fieri assensus, quippe fato peruenient etiam falsi assensus, opinionones, deceptiones, sicque fato lædentur homines, certè conclusio, quæ sapientem omnis iniuriæ importatione eximit, simul etiam ostendit, fatum non esse causam omnium. Nam si fato neque opinantur, neque læduntur homines, planum est, quòd neque rectè

faciunt, neque sapiunt, neque sentiunt constanter, neque iuuantur fato, vt iam perierit illud decretum Chrysippi, fatum omnium esse causam. Si quis dicat, Chrysippum non fecisse fatum absolutam horum causam, sed praegressum modò principium, illic rursus ostendet eum sibi repugnare, vbi Homerum summopere laudat de Ioue dicentem,

*Ferte ergo, singlis vestrū quod miserit omne,
Siue bonum sit, siue malum.--*

Item Euripidem, --O Iuppiter

Quid miseros mortales putare dixerim?

Te quidē aptamur, facimusque, quae cogitas.

Sed & ipse multa his consentientia scribit. Ad extremum ait, nihil sisti, nihil moueri, ne minimum quidem aliter, quàm pro Iouis ratione, quae eadem est cum fato. Praeterea à causa praegressa modò, ac initium pelles, infirmior est, quàm absoluta, nec effectus peragit, quippe ab aliis resistentibus victa.

Fatiū

Fatū verò Chrysippus, vt causam inuictā,
 omni impedimēto maiorem, immutabilemq;
 esse pronuntiat, sic etiam id atropum, quasi
 dicas immutabile, Adrasteā necessitatem,
 ἀπεργωμένην, id est, omnibus finē imponens,
 appellat. Virum igitur negamus in potesta-
 te nostra esse virtutes, vitia, rectas, contra-
 riasq; actiones? an verò dicimus fatum de-
 ficere, & ἀπεργωμένην esse ἀπεργώτατον: hoc
 est, finitricē causam finiendi perficiendiq;
 vim non habere, Aouisque motus & habitus
 consummare nō posse? Nam illa sequuntur,
 si fatum est absoluta causa: hæc, si initium
 tantum pellit, hoc est, si est absoluta & per-
 fecta per se causa, voluntatem & liberum
 arbitrium tollit: sin initians tantum, vim
 ad finem sine impedimento perducendi atq;
 absoluēdi amittit. Neq; enim semel, aut bis,
 sed passim, imò in omnibus rerum naturaliū
 commentariis scripsit, singularibus naturis
 ac motibus multa opponi impedimenta, cæ-
 terum naturæ vniuersi nihil resistere. Sed
 quomodo,


quomodo, quaeso, vniuersi motus in singula-
rium rerum motus sese extendens ac exe-
rens, illis impeditis atque prohibitis, ipse sine
impedimento & prohibitione pergit? Neque
enim hominis natura est sine impedimento, si
pedis aut manus natura sit impedita. Ne-
que nauis motus impedimento caret, si quæ
circa malum aut remigium peraguntur
operationes, aliqua patiantur impedin-
ta. Ac vt hæc omittam, quaero, si quidem
visa non fiunt ex fato, quomodo fatum erit
assensionum causa? Quòd si eò, quòd visa
præcurrentia atque ad assensionem ducen-
tia fatum excitat, assensiones dicuntur fato
fieri, quomodo non pugnat ipsum secũ fatum?
quippe quod in maximis rebus cõtraria vi-
sa multoties obiiciat, mentẽq; in contrarias
partes distrahat. quibus casibus Stoici di-
cunt eos, qui assensionem minimè sustinentes
alteri visorum accedunt, peccare, ac im-
pingere quidem, si obscuris incertisque ces-
serint: si falsis, falli ac decipi: si communiter
non


non comprehensis, tunc eos opinari modò ac putare. Quum quidem certè tria, nec plura reperiri possint, vt aut nō omne visum sit fati opus, aut omnis visi susceptio, ac assensus sine vitio fiat, aut nec ipsum fatū reprehensione careat. Nescio nanque quī crimine fatum carere possit, si talia visa cōmouet, quibus sine repugnatione cessisse culpa sit.

QVINETIAM in illis aduersus Academicos concertationibus maxima ipsi Chrysippo & Antipatro in eo asserendo suscepta est contentio, Nullum nostrū aut agere quicquam, aut se ciere sine assensu: eos verò figmenta atque inauditas res narrare, qui censent quenquam ex commodo viso statim citra cessionem, citràque assensionem impetum capere. Rursus ait Chrysippus, & Deum, & sapientem visa immittere, minimè id quidem petentes, vt iis assentiamur, aut cedamus, sed vt agamus modò, & impetum capiamus ad id, quod videtur: verū nos vitiosos præ imbecillitate talibus visis assentiri.

assentiri. Harum sententiarum inter se pugna facile potest perspicui. Nam qui non postulat, ut visis, quæ ingerit, assentiamur, sed tantum, ut agamus, siue Deus is est, siue sapiens, nouit, quod ad agendum visa sufficiunt, & ascensus superfluum, sicut si, cum scit visum non excitare nos ad agendum citra assensum, falsa & probabilia visa concitat, voluntarius ac libens autor causæque existit, quare nos accedentes non perceptis visis pecemus.

F I N I S.







Q V A E A L I T E R

in Græco exemplari legenda
putauit interpres.

*Numeri indicant intervalla quin-
decim linearum in exem-
plari Basiliensi.*

5 ἑβδ.] ἐκεῖ.

7 ἀπ' ἐκείνων ὅν χωρὶς ἔδωκεν ἀρχὴν ἀπ' ἐ-
κείνων.] ἀπ' ἐκείνων & πρὸς ἐκείνον fortasse
sic legendum.

7 φησι τὸ πρὸς τὰ ἐναυσία διαλέγεσθαι.]
φησι. Deinde initium nouæ annota-
tionis, τὸ πρὸς τὰ ἑναυσία διακλ.

7 τὰ ἑναυτία σοιχεῖδον &c.] vt potui me
hinc expediui.

7 ἐν λόγοις.] ἐν ὀλίγοις.

8 ὅτε ψευδῆς ἐσι.] ψευδῆ.

9 οἷς ἔτι ἀνεῦρες.] videtur οἷς ὅ, τι ὕσερον
ἀνεῦρες, aut simile quippiam.

10 ὡς ὅτι κατὰ ληπτόν ἐσι.] ὡς εἰ ἔτι κατὰ
ληπτόν ἐσι.

12 τῶν φύλων ἰσότητος.] ἰσότης.

12 αὐτὰ γὰρ τὰ κήματα.] puto κήματα.

13 αὐτῆ.] αὐτῆς.

13 ὡς δὲ] ὅ δὲ.

15 πᾶν ἀγαθὸν ἔτε.] εἶτε πᾶν ἀγαθὸν ἔτε.

17 ἀπολειπομένης.] ἀπολειπομένης.

17 ἢ δὲ τοῖς πρὸς πλάτωνα.] πρὸς πλάτ.

17 πάλιν ἢ μὴ.] τὸς.

21 ἢ ἄφρονα μάλλον, ἢ βίβου.] ἢ μὴ βίβου.

21 πρὸς τοῖς μήτε.] παρ' ἀνδρῶν.

21 λυσιτέλεσερον ἢ γῆρας.] deest δὲ aut si-
mile quiddam.

ὅ γὰρ

- 21 ἔ γάρ προσίεθ.] ἔ γάρ πρὸς τὸ.
- 22 ἀπυσία τ̄ ἀδιαφόρως ἐπίσταδς τ̄ν ἀγα-
θῶν.] ἀπυσία τ̄ τ̄ν ἀδιαφόρων ἀφίσταδς
τ̄ν ἀγαθῶν.
- 24 ἢ λεύκωμ.] εἰσὶ λεύκωμ γν̄ τ̄δ̄ πρὶ τ̄ κοι-
νῶν γν̄νοιῶν.
- 27 τινες ἀναδεδεδοάσι.] ἀναδεδεδοάσι.
- 27 πρὸς ἀκοήν καὶ τέρψιμ] ὄψιμ.
- 28 γν̄ταῦθα δ' ἀπόλογον τ̄ κατ̄[λωαγκῆδς.]
ἀπόλογον. deinde noua annotationis
initium, τ̄ καταναγ.
- 28 ἐπίκλησιμ.] ἐπίκλησιμ.
- 28 ὡς βιαζομένους τῶ γν̄αν̄[ίῳ.] ἀναί[ίῳ.
- 29 φαῖεν εἶν̄ καλήν δὲ ἑδ̄εμίαν αὐτῶν λα-
βεῖν.] φαῖεν εἶν̄ καλήν. δέοι δὲ μίαν αὐτῶν
λαβεῖν.
- 29 τ̄ν διαφορῶν λῆψιμ.] ἀδιαφόρ.
- 32 ἢ καὶ.] ἀλλὰ καὶ.
- 32 ὅτι ἀν̄ εἶπη.] ἐπίη.

33 μήτε ὡς διάφορον.] ἀδιάφορον.

34 τοῖς ὡὶ ὄσφ.] τῶτα.

34 ἁκακά τὰς τοιαῦτας] ἡψί.

34 ἔσφ πλὴ ὄσιαμ] τὸ.

34 καὶ τὸ νοῆσαι.] νοσησαι.

35 προσκομάτωμ] προσκομάτωμ.

38 ἐ θεοί τε δρωσιν ἀχρόμ.] φαῦλομ, γν ἔσφ
πῶς δεῖ τ' νέου ποιματάτωμ ἀκείμ.

38 τὸ ἀδούου φη λινήσεως] τὸ ἀλλοῖου.

39 ἀναπεπῆαμλίνημ] ὁ δὲ ἀναπεπῆαμ.

40 καὶ οὐτως.] ἔτθ.

41 ἐνίωμ ἀδικήμασι] γήίοις.

41 τὸ ζῆεῖμ.] deest aliquid, puta τὸ ἀλκῆες.

41 ὅτι πρὶ τ'] ἔλ.

42 διοικεῖ] πῶς τ' ἐπίκρομ] πῶς τ' ἐπί-
κρομ, nouum initium.

λόγος

42 λόγος τὴν γέγραφαμ] γνώριον videtur
desse.

44 ἑδενός ἀντιῶν οἶδε δόσνοι λόγοι] κλη-
μῆς γν̄ τῶν πῶμπῶν σωματέων, Ἐυριπίδης
ὡν τῶν θυσιῶν. δεῖται γὰρ ὁ θεὸς ἔπειρ ἐς,
ὀρθῶς θεός. ἀοιδῶν οἶδε δόσνοι λόγοι.

45 ὁ ἀέθης πῶριέχεται] πῶριχέῃ) αὐτ πῶριχέῃ).

46 τῆ κρῶσῃ φλ̄ ὁμοιότητος] fortassis τῶ
σώματῳ.

48 ὡσε μάλα.] μέλαρ.

48 καὶ ὄσῳ μάλισα.] τούτω.

48 αὐτῶ συνάπῃσι.] συνάπῃσι.

49 τὴν αἰτίαμ χώρας] τὴν ἑσίαμ.

50 τῆ τῶν ἀπέριων.] fortassis φημι τῶ ἀ-
πέριων.

51 ἠνομένην.] ἠνωμένην.

53 εἰ μὴ πῶρι τὸ ἰσίον.] superfluit negatio.


54 ἄνευ ἧ τούτων] Ex hoc loco, ut potius.


mus, nosmet expediuimus. Reliqua
sunt aut facilis emendationis, aut deplora-
rata deprauationis, nisi succurrat, qui
potest, eis & cæteris Plutarchico-
rum operum mendis alter pe-
nè parens meus Henry-
cus Scrymierius
nostras.



FINIS.







8. 82

